

**De animabus Heracliti et Hippocratis ex hujus libro I de diaeta disputatio /
[Johann Matthias Gesner].**

Contributors

Gesner, Johann Matthias, 1691-1761.

Hippocrates.

Heraclitus, of Ephesus.

Publication/Creation

[Jena] : [publisher not identified], [1752]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/u32pxayt>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



IO. MATTHIAE GESNERI

DE

ANIMABVS HERACLITI

ET

HIPPOCRATIS

EX HVIVS LIBRO I DE DIAETA
DISPVATIO.

PRAEFATIO.

Quintus decimus jam annus agitur, ex quo casus me quidam ad librum primum de Diaeta, qui in Hippocratis operibus habetur, appulit. Is liber propter obscuritatem prope depositus & derelictus cum esset (a), & habere tamen videretur quaedam cognitu dignissima; ipsa, quae alios deteruerat, difficultate me tenuit initio, deinde, cum lux aliqua videretur interfulsisse, non dimisit ante, quam putarem illum sic satis a me intelligi, & dari posse etiam aliis intelligere eum volentibus mea opera explicatum. Obfirmaverat animum, quod memineram, sic mihi juveni olim contigisse, ut obscurissimos

(a) V. G. Hieron. Mercurialis *quid sit de auctore &c.*
censura in Hippocrat. p. 12. *Quid-*



simos libellos cum Lucianicis edi solitos, alterum temporibus suis restitutum, Philopatrin, alterum, Demosthenis encomium, suo ordini, pervios redderem omnibus. Nec infeliciter conatum meum cecidisse, primo res ipsa me docuit, tum, qui jam eo tempore dimidiis animae meae erat, Werlhofius, qui adeo amabat *animulas* illas *Hippocraticas*, ut eas ipse proferre, & ex *Hade* suo in dias luminis auras emittere, destinaret, felices, si ab illius ingenio *alas* accepissent. Sed cum prae majoribus artis ipsius operibus minus posset quam vellet Werlhofius, reliquum erat, ne illis ego deessem. Itaque una cum filio meo in cathedram produxi suis cum *ψυχᾶς* Hippocratem, pro ea, quae tum erat, copia a me illustratum (b), cum ostenderem, *ψυχᾶς* esse auctori *animalia Leuwenhoeckianis similia; illaque cum Heracliticis sententiis, quae toto libro regnant, pulchre convenire*. Probatum est *εὐγενεῖα* tum aliis, tum quod boni omnis erat, illi viro, qui propter longam & familiarissimam cum Hippocrate & scriptis Hippocratis consuetudinem, vel primo & antiquissimo loco sententiam uti diceret, quam sequerentur alii, postulare poterat. Dan. Wilhelmum Trillerum V. C. intelligunt signari, qui impensas ab illo his triginta amplius annis principi medico vigilias impatenter expectant. Atque is praeter ea per literas me docuit, sibi pariter ac *τᾷ πανί* Leibnitio visum esse, latere aliquid in libro primo de *Diaeta Leuwenhoeckianis animalculis* non dissimile. Quam honorifice Regis Poloniarum Archiater Gunzius (c) de Hippocraticis studiis nostris fenserit, indicare vix

(b) *ψυχᾶς Ἱπποκράτους* ex libro I de *Diaeta* in Academia Georgia Augusta ἐξ ἧδος ἐς τὸ φῶς προσηγμέναι, ac disputatae a Jo. Matthia Gesnero & Carolo Philippo I. M. F. Gesnero Octob. 1737. 4.

(c) Vid. Iustus Godofredus Günz in dedicatione Hippocratis de humoribus purgandis, & de *Diaeta acutorum* Lips. 1745. 8. p. b. 2 a-versa.

vix sustinet pudor meus. Sed invidiam novitatis deprecari malo, quam ex paradoxo captare gratiam. Itaque nec dubitavi illud *systema animarum*, qua confirmatum qua illustratum, mittere ad societatem Regiam Berolinensem, quae dignum censuit, quod Historiae pariter & Commentariis suis infereret (*d*), & laudibus ornaret iis, quae valde etiam avido earum homini sufficerent. Ceterum cum in tali re fides omnis & demonstratio ab ipsis veterum verbis pendeat, quae pro instituti, quale tum erat, ratione Berolini omissa sunt: cum adjecta sint ibi quaedam ab ingenioso & docto viro, quae ego praestare non possim: cum ab eo tempore pluscula, ut fit, mihi occurrerint, firmandis meis rationibus & rei declarandae idonea; cum denique scrupulos, a doctissimo viro (*e*) & mihi amicissimo mecum communicatos, arbitrer in mentem aliis etiam posse venire, a me autem posse dissolui: haec omnia igitur cum ita se habeant, operae pretium me facturum putabam, si totam rem, si *Psychas* illas, & *Animulas* vagulas, vel antiquorum vel nostras, in his *Actis* tamquam in Theatro omnibus conspicuo, producerem exornatas & instructas, quantum licuit, uti jam sit copia judicandi idoneis arbitris, sintne recipiendae in illam veterem ingeniorum rem publicam; an nostrum & amicorum in cerebrum, tamquam suum quemdam *ἄδην*, ac tenebricosum carcerem, relegandae? Hanc illis sortem s. *μοίρα* non metuo: sed cum jucunditate quadam cognituros, qui sensum talium habent, sagacitate mentis ante


I 3

bis

(*d*) Hist. de l'Academie Royale de Berlin p. 81 sqq. & Memoires p. 101 sqq.

(*e*) Estis IACOBUS BRUCKERUS, candida & sicca Heraclitico sensu anima, ad quem hoc quidquid est, ut peculiarem libel-

lum mittere, ut amicitiae nostrae quaecunque monumentum esset, destinaveram: quam mutatam a me idoneis de causis sententiam, non indigne, scio, feret vir humanissimus,



bis mille annos deprehensa esse, vel excogitata certe, quae nuper oculis se suis credere Leuwenhoeckius, Hartsoeckerus, Swammerdamus, existimabant: ut nempe humanissimae voluptatis cuiusdam animadversio est, videre, alia plusscula, quae hodie sensibus nostris varia arte adjutis debemus, majores nostros sola conjiciendi solertia esse adsecutos.

Ante vero quam ipsum illud systema & velut corpus sententiarum antiquissimarum proponam, sunt quaedam praestruenda, ne aliorum quam velim, ea quae deinde dicam, accipiantur.


I. Primum hoc sit, quod non jam conficere postulo, utrum primus ille de Diaeta liber sit ipsius Hippocratis? Jam dubitavit Galenus (*f*), hanc rationem interserens, *quod vehementer ab Hippocratis doctrina discedat*. Difficile est, & pene invidiosum, sententiam dicere contra Galenum, cui Mercurialis suffragetur & Boerhaavius; quin ipse Cous senex (*g*), cum vetat medendi rationem quatuor elementis inaedificare, quae in hoc libello utramque faciunt paginam. Interim sustinere me sententiam cogit illud, quod, si haec ratio invicta est, abjudicanda erunt Hippocrati ea, quae illius esse, nemo adhuc quod sciam dubitavit. Certe Galenus ipse (*h*) librum de

(*f*) Galenus *περὶ τριῶν δυνάμ.* I, 1 *Ἀφ' ἧς πάλπομαι τῆς Ἱπποκράτους γνώμης*. Conf. Mercurialis censura in Hippocr. l. c. Boerhaavius, alter Hippocrates, Orat. de commendando studio Hippocratico p. 12 *Numquam precario quatuor elementorum figmento, vel editis inde supposita nativitate quatuor primariis qualitatibus, morborum fata*

obscurat &c. Idem tamen sermone Academ. de honore medici servitute p. 17 Hippocrati tribuit, quae in hoc libello c. 6, 21 leguntur.

(*g*) Hippocr. de Vet. Medic. c. 2. 3. it. 22. 24.

(*h*) Galenus *περὶ συρρίων* libro primo cum exposuisset mentem Hippocratis, in libello *περὶ φύσεως ἀνθρώπου* disputantis contra eos, qui



de natura hominis Hippocrati nostro tribuit, & ut talem commentariis suis illustrat, ipse, quatuor elementa suis cum qualitatibus asserta in eo libro ab Hippocrate, affirmat. Aphorismorum (i) eam partem nemo ut suppositiciam notat, in qua ipsa de feminibus & conceptu doctrina ad quatuor illas qualitates alligatur.

Quid si noluit quidem pater medicinae salutem hominum & vitam ab illis Physicorum commentis & disputationibus suspendi: sed nec prohibuit, nec refugit ipse viam discendae docendaeque artis salutaris ab iisdem ducere & velut auspicari? qui (k) praesertim putaret, ab ipsa Medicina, & sola quidem, repetendum esse, si quid certi de natura cognoscere quis cupiat; corporis quidem naturam posse intelligi, nisi cognoscenda universa rerum natura, negaret.

Quod Heraclitica habet plurima, ut ostendimus, liber de Diaeta primus, non debet illum suspectum *νοθείας* facere: nisi

qui unum tantum *σοιχέον* unam *αρχήν*, constituerent hominis, vel sanguinem, vel phlegma, vel bilem: secundum librum ita incipit, 'Επὶ τὸν δεύτερον λόγον ἔδη μοι ἵεναι καιρός. ἀποδείξας γὰρ ὁ Ἱπποκράτης ἀπάντων τῶν ὄντων κοινὰ σοιχέια, τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, ἐφεξῆς ἐπὶ γένος ἕτερον σοιχείων μέτεισιν, ἐκέτι πρῶτον, ἐδὲ κοινὸν, ἀλλὰ τῶν ἐν αἵματι ζώων ἰδίων. αἷμα γὰρ καὶ φλέγμα, καὶ χολή ζανθή τε καὶ μέλαινα, σοιχέια τῆς ἀπάντων γενέσεως ἐστὶ τῶν ἐν αἵματι ζώων.

(i) Aphorism. sect. 5, 62 & 63.

(k) Hippocr. de Vet. Medic. c. 36, 10 ὅτι περὶ φύσεως γινῶναι τὸ σαφές ἐδαμέθεν ἄλλοθεν ἔσαι [ἢ ἐξ ἡτρικῆς. Quam non refugerit Hippocrates subtiliorem de omni natura disputationem, locupletem habemus testem Platonem Phaedro p. 354, E. ubi Phaedrum interrogat Socrates, ψυχῆς ἐν φύσει ἀξίως λόγῳ κατανοῆσαι οἷα δυνατόν εἶναι ἄνευ τῆς τῆ ὅλης φύσεως; Is respondet, 'Εἰ μὲν Ἱπποκράτης τῶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν δὲ τι πεῖθεσθαι, ἐδὲ περὶ σώματος, ἄνευ τῆς μετέδδε τούτης.



nisi etiam librum de alimento damnare velimus, quem pro Hippocratico Galenus est interpretatus (1).

Porro tota de Diaeta tractatio ita apta est & cohaeret, ut primus liber etiam secundum & tertium tracturus sit. Stilus ac dictio ita similis Hippocraticorum, ut nihil magis. Itaque contra ipsum auderem Galenum pronunciare, virum cui non parum debet ars Critica, nisi viderem in libris *de principiis s. de carnibus, de genitura, de natura pueri*, mentionem nullam fieri ψυχῶν illarum, quas primus de Diaeta liber continet, quibus tamen in illis aequae, aut magis etiam, quam hic, locus erat. Sed nec varias huius silentii causas hariolari difficile fuerit.

Denique qui Hippocratis esse negant hunc libellum, aequalem tamen illius temporum, vel antiquiorem adeo esse confitentur, ut certe ejus auctoritatis, quae ab saeculis est, nihil depereat Animulis nostris, si pareat etiam, quod nunquam, puto, liquebit, eas non esse a patre Medicinae perfectas.

II. Dubitatum etiam est, an Heracliticae sint illae animae, hoc est ab Heraclito auctore prolatae, & cum illius sententiis cohaerentes? Nam nomen hujus Philosophi nusquam in libris de Diaeta legimus. Ac potest dubitari magis
ob

(1) Habet hic libellus plurima ἐναντιοφανῆ, quo genere delectatur Heraclitus, ut statim in principio, τροφή μία καὶ πολλή. Sed totus fere his constat. Notabile illud praeter cetera, c. 8, 13 τὸ

ξύμφωνον διάφωνον, τὸ δισύφωνον ξύμφωνον, quod diserte Heraclito tribuit Plato in Convivio p. 321, A. Quid nobilius Heracliti illa via ἄνω & κάτω; & hic c. 10, 11 ὁδὸς ἄνω κάτω μίη.

ob eam rationem, quod ipse apud Diogenem Laërtium (m) Heraclitus negare videtur, esse de anima disputandum. Sed disputasse virum de anima, liquebit deinde: & est ille locus valde ambiguae sanitatis, et, si quid dicit, hoc solum dicit, obscuram esse animae nostrae naturam.

Majus est, quod ex aliis scriptoribus alia plane de animabus Heracliti afferri sententia videtur. Sed hanc quidem conciliari posse cum libro de Diaëta, mox ostendemus. Nunc illud observari velim: Heracliti ipsius, hominis σκοτεινῆς, & a paucis omni tempore, quin forte nec a se ipso satis semper intellecti, nihil exstat hodie praeter sententias hinc inde excerptas, quas qui collegerunt viri doctissimi, ii nullam, quod observarim, hujus opusculi rationem habuerunt, siue decantata illius obscuritate a legendo deterriti, siue quod ne suspicarentur quidem, hic aliquid esse, quod ad rem suam pertineret. Itaque mirum non est, quaedam ex illo primum a nobis proferri, quorum in vulgatis Heracliti sententiis, ac formato inde a viris praestantissimis systemate, aperta satis vestigia desideres: quae tamen Heraclitica esse, eo mihi argumento videntur, quia cum Heracliticis extra controversiam sententiis connexa ac devincta libelli auctor protulit: quod ita se habere sentiet spero, si quis tanti putabit, & Animarum, quod jam dabimus, systema diligentius inspicere, & illud cum

(m) Diog. Laërt. 9, 7 vulgata lectio est, λέγεται δὲ καὶ ψυχῆς περατέον, ὃν ἔκ' ἂν ἐξέυροι ὁ πᾶσαν ἐμπορευόμενος ὁδὸν εὐτὼ βαθὺν λόγον ἔχει. Varia tentant viri docti: Casaubonus ψυχῆς περί

εἰπεῖν, ὡς ἐκ κ. τ. λ. Lipsius ψυχῆς περί εἰατέον ὡς ἐκ' ἂν κ. τ. λ. Hoc relinquitur, conquestum esse, ut solebat, Heraclitum de obscuritate naturae.



cum libello de Diaeta, ut nostris observationibus illustratus est, contendere.

III. Unum praemonendum videtur. Numquam in mentem mihi venit in hoc argumento philosophari, h. e. de principiis naturalibus vel universim, vel in quantum ad ortum animalium ea referuntur, disputare, quid verum sit? non destinaram classi philosophicae Illustris Academiae Berolinensis, quae ad Elsnerum τὸν μακαρίτην miseram: exegeticum est, & historicum quidquid hic datur: non, Rectene an secus senserit, sive Heraclitus, sive Hippocrates, sive quisquis est auctor libri de Diaeta primi, hic quaeritur: sed, Quid de rerum principiis, & ortu ac natura Animarum dixerit, dispicimus, & Quomodo ea, quae hic traduntur, cum Heracliti aliorumque quorundam placitis conveniant? Nihil ipse affirmare de rebus ita vel magnis vel parvis (n) ausim: nisi quod breve corollarium de comparatione hujus systematis cum recentiorum quorundam opinionibus forte adjicietur. (o)

Sit

(n) Accommodari ad hoc argumentum posse puto illud Aristotelis de Sophist. elench. extr. Μέγιστον ἀρχὴ πάντος, ὥσπερ λέγεται, διὸ καὶ χαλεπώτατον. ὥσπερ γὰρ κράτιστον δυνάμει, τοσούτω, μικρότατον ἐν τῷ μεγέθει, χαλε-

πώτατόν ἐστιν ὀφθῆναι.

(o) Utimur in citandis locis Hippocratis divisione & numeris Lindenianis, qui minutissime consecutam orationem accuratius indicant, & unde facile est ad aliorum librorum numeros transire.




Sit ergo

SYSTEMA ANIMARVM
AVCTORIS LIBRI I DE DIAETA
QVI HABETVR INTER HIPPOCRATICOS
EX
HERACLITI SENTENTIIS SVPPLETVM
ET
PYTHAGOREIS PLACITIS SVBSERVIENS.

I.

Ex nihilo nihil fit, neque in nihilum redigitur
quidquam.

Haec sententia ita communis, ut velut κοινὴ ἐννοια pro
Axiomate haberi possit, dilerte ponitur de Diaeta 1, 5, 13 & 14
Ἀπόλλυται μὲν ἕθεν ἅπαντων χρημάτων, ἕδὲ γίνεται, ὅ, τι μὴ καὶ
πρόθεν ἦν. Et f. 23 ad animata omnia transfertur hunc in modum:
Οὔτε τὸ ζῶον ἀποθανεῖν διόντε μὴ μετὰ πάντων. καὶ γὰρ ἀποθανεῖται;
ἔτε τὸ μὴ ὄν γενέσθαι, μὴ ὄντος ἕθεν παραγενήσεται. Quae ita in-
terpretor; *Neque fieri potest ut pereat unum animal non cum*
omnibus i. e. nisi una tota rerum natura pereat, vel igni su-
perante vel aqua: *quorsum enim moriatur?* f. quorsum morte
abeat? *Neque id, quod non est, nasci potest, cum non sit unde*
K 2 adeste




adesse (quasi tu dicas *adfieri* i. fiendo advenire) *quæat*. Heracliticum etiam hoc esse, mox apparebit.

II.

Sed fieri, oriri, & esse incipere, putant homines ea, quae sensui antea nulli obvia, nunc videri, tangi &c. posse incipiunt. Status ille, quo percipi nullo sensu res potest, *αἴδης inferi*; status & conditio, qua percipi posse incipiunt, *φάος* f. *φῶς*, *lux*, item *Ζεὺς* f. *Jupiter* vocatur, cujus frater *Ἄδης*, qui alias Pluto, rex inferorum.

Pergit noster, Νομίζεται δὲ παρὰ τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὲν ἐξ αἴδης εἰς φῶς ἀυξηθὲν γενέσθαι, τὸ δὲ ἐκ τῆς φάεος εἰς αἴδην μειωθὲν ἀπολέσθαι· ὀφθαλμοῖσι δὲ δεῖν πιστεύεσθαι μᾶλλον, ἢ γνώμῃσιν. Ἐγὼ δὲ τὰδε γνώμῃ ἐξηγέομαι. Hoc sibi vult, *Consuetudinis autem hominum lege nasci*, fieri, oriri, dicitur, quod ex Ade f. Hade, quasi tu invisibilitatem dicas, *in tantum auctum est*, ut in lucem & sub sensus veniat: quod autem ex luce modo descripta ad invisibilitatem usque imminutum est, dicunt perire; oculisque potius in ea re credendum ajunt, quam sententiis & argumentis Philosophorum. At ego ratione & argumentis ea persequor. Antequam progrediamur ad rem ipsam illustrandam, notio nominis *αἴδης*, vel, quod frequentius invenias, *αἴδης*, declaranda est. Est illud contractum ex *Αἴδης*, ac dicitur adeo a non videndo. Etiam hic fons doctrinae Homerus, apud quem Minerva Ιλ. E, 845 Δῦν' αἴδως κυνέην, μή μιν ἴδοι ἔβριμος Ἄρης, induit galeam Plutonis, ne se videret Mars, i. e. subduxit ea, put suum illius conspectui, fecit ne videretur, certe ne agnosceretur, &c. sic Heraclides Ponticus de Alleg. Homeri p. 442 infe-

inferiorem aëra αἰθήρ dictum a poëta propter obscuritatem, arbitratur. Vid. Odyss. Θ, 562. Sic ἡέριος & ἀφανής junguntur in Orphicis ut synonyma, in Hymno Eumenidum V. 9 p. 166. it. Parcae V. 22 p. 156. & Zephyri V. 6 p. 176. Add. quae ad §. VIII de corpore, aëre animae dicentur. An huc referemus etiam, quod Hesychio teste Ἀδὴ Macedonibus *caelum* est, magnum illud inane? Certe Plutarchus de Iside & Osir. p. 382, F. τὸν αἰθῆρ interpretatur τὸ αἰδὲς, καὶ ἀέρατον, καὶ ἀπαθές, καὶ ἀγνόν. Jam apparet, quid sibi velit illud c. 6, 16 πάλιν ταῦτα καὶ ἐ ταῦτα· Φάος ζηνί, σκότος αἰθῆρ· Φάος αἰθῆρ, σκότος ζηνί κ.τ.λ. quae suo loco interpretor. Hic illud modo ponamus, *Lux* & *Jupiter* notant statum & conditionem eorum, quae in sensus incurrunt; *tenebrae* & *Hades* s. *inferi* eorum, quae sensum humanum fugiunt. Utraque conditio ita perpetuo alternat, ita parvis se intervallis mutuo excipit, ut nec falsum dicat simpliciter, qui eandem putet, nec si quis distinguat solícite. Jam hanc esse Heracliticam sententiam, hanc esse celebrem illam viam ἄνω ad superna, ad lucem, ad Jovem, & κάτω ad inferos, ad tenebras, ad Haden s. Plutonem, vel solo Maximi Tyrii loco declaramus Diff. I p. 489 extr. Ὅρας τὰ πάθη, αἱ σὺ μὲν καλεῖς φθοράν, τεκμαιρόμενος τῇ τῶν ἀπιόντων ὁδῷ· ἐγὼ δὲ σωτηρίαν τεκμαιρόμενος τῇ διαδοχῇ τῶν μελλόντων μεταβολὴν ὁραῖς σωμάτων, καὶ γενέσεως ἀλλαγὴν, ὁδὸν ἄνω καὶ κάτω, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον· καὶ αὖτις αὖ ζῶντα μὲν τὸν ἐκείνων θάνατον, ἀποθνήσκοντα δὲ τὴν ἐκείνων ζωὴν. Ζῇ πῦρ τὸν γῆς θάνατον, καὶ αἴρ ζῇ τὸν πυρὸς θάνατον, γῆ τὸν ὕδατος. Διαδιχὴν ὁραῖς βίῃ καὶ μεταβολὴν σωμάτων, καινεργίαν τῷ ὄλθ. Longiorem posui locum, ut plura alia compendi facere possim, quae huc congefserunt Dauisius & Marklandus: & posui, uti emendandum censuere viri doctissimi. Est in eo Sophista, ut excuset Providentiam, ut mala esse neget, quae publicae calamitates vocantur. Non sunt mala terrae motus, strages populorum a



pestilentia, ab inundationibus, ab incendiis. *Vides, inquit, affectiones, quas tu quidem corruptionem appellas argumento utens, quod viam velut discedentium partium vides; at ego appello conservationem, pro argumento utens successione futurorum. Non interitum, sed mutationem vides corporum, & ortus quasdam vices, viam sursum & deorsum ducentem, secundum Heraclitum, (vid. ad §. V.) Rursus vides corpora haec viventia illorum mortem, illa morientia horum vitam. Verbi causa vivit ignis terrae mortem, & aër vivit ignis mortem, terra aquae. Successionem vides vitae & mutationem corporum, eandem instaurationem totius. Empedocles, ut solet disertius proponere Heracliti sententias, ita etiam potest interpreti adhiberi ejus dogmatis, in quo versamur. Ita autem ille apud Plutarch. adv. Colotem p. IIII, F*


Ἄλλο δέ σοι ἐρέω. φύσις ἐδενός ἐστιν ἐκάστῃ

Θνητῶν, ἐδὲ τις ἐλομένη θανάτοιο γενέσθῃ.

Ἄλλα μόνον μίξις τε, διάλλαξις τε μιγέντων

Ἐστὶ, φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισι.

Negat, *cujusquam rei mortalis vel generationem esse vel interitum, sed permissionem tantum & permutationem rerum mixtarum, quae hominibus generatio dicatur. Generationem dicere hic cogor φύσιν, quasi tu fientiam s. nascentiam dicas: quae pulchre finitur a Plutarcho l. c. p. IIII, C. ἡ ἐξ ὄντων γένεσις, ortus ex nulla re existente. Addit ad declarandam Poëtae Philosophi sententiam, οὐκ ἀναιρεῖ γένεσιν, ἀλλὰ τὴν ἐκ μὴ ὄντος, ἐδὲ φθορὰν, ἀλλὰ τὴν πάντῃ, τῷ ἐστὶ τὸ ἐν (sic lege pro τὸν) εἰς τὸ μὴ ὄν ἀπολύεσθαι, non tollit ortum simpliciter sed qui sit ex non ente s. ex nihilo, neque interitum omnem negat, sed qui sit omnino talis, hoc est, qui ens in non ens, rem in nihilum, resolvat. Licebit huc conferre Orphicum carmen, s. Hymnum Proserpinae, quam ita poeta alloquitur*



Ζωὴ καὶ Θάνατος μένη θνητοῖς πολυμόχθοις,
Φερτεφόνεια, φέρεις γὰρ αἰεὶ καὶ πάντα φονεύεις.

Fert omnia, h. e. in lucem profert & conservat; sed eadem omnia interimit.


Transierunt haec ad Romanos etiam philosophemata. Varro de L. L. 4, 10 p. 19, 9 *Idem hic Diespiter dicitur infimus aër* (hunc αἰῶνα esse, vidimus modo, Heraclidi Pontico) *qui est conjunctus terrae, ubi omnia oriuntur, ubi aboriuntur, quorum quod finis* (idem qui) *ortus, orcus dictus.* Haec antiqua lectio, quam conjecturis suis viri docti non fecere meliorem. Sensus Varronis plane Heracliticus: *Orcus* idem qui Diespiter, Jupiter, ζεύς, idem qui αἰὼς & Pluto, quia idem & *finis* & *ortus* est rerum omnium. Ludit more suo in similitudine nominum *ortus* & *orcus*. Sed etiam Poëtas audiamus vel suavitatis causa. Nonne pulchre Haden illum pingit Sil. 13, 530 *capitque Campus iners, quantum interiit*, vide-rique adeo desit, *restatque futurum*, ut nondum sensibus nostris subiectum sit. Amphiarus terra hiscente haustus Plutonem, apud Statinm Theb. 8, 91 sic alloquitur,

- - - *O cunctis finitor maxime rerum,*
At mihi, qui quondam causas elementaque noram,
Et sator :

quasi dicat, Vulgus te novit tantum interfectorem & destructorem omnium; me sapientia docuit, te eundem esse, & factorem atque genitorem. Suavissime omnium & eruditissime, ex persona Parcae Lachesis, Plutonem s. Haden alloquentis, ad Heracliti & Empedoclis mentem philosophatur Claudianus de Raptu Prof. 1, 55

- - - *O maxime noctis*
Arbiter, umbrarumque potens, cui nostra laborant
Stamina; qui finem cunctis & semina praebes,
Nascendique vices alterna morte rependis,

Qui



*Qui vitam letumque regis. Nam quidquid ubique
Gignit materies, hoc te donante creatur,
Debeturque tibi: certisque ambagibus aevi
Rursus corporeos ANIMAE mutantur in artus.*


Velim ultimos praesertim duo versiculos non excidere lectoribus: jucundum enim erit illorum deinde in ipso tractatu de animabus meminisse ad §. XI.

III.


Tota vis naturae, & causa proxima omnium Phaenomenon, i. e. omnium, quae quocunque sensu nostro percipiuntur, inest in perpetuo rerum contrariarum nixu & conatu, & quae inde oritur pugna quadam contrariaque actione rerum, quae sibi adversae videntur, quarum tamen unaquaeque per illam ipsam pugnam statum suum conservat, (peritura, si superaverit & sola fuerit) & ad efficienda quae opus sunt concurrit.

Haec est ἐναντιοτροπή illa nobilis, quae in libello de Diaeta I, 12. - 17 proponitur, & similitudine artium humanarum copiosius, quam ullo antiquitatis, quoad illam novi, loco, similitudine praesertim artium humanarum illustratur, cujus quoddam compendium s. epitome esse videtur apud Aristot. de mundo c. 5. Verum quidem est, quod ait idem Aristoteles φυσικ. ἀρχαίς. I, 5 πάντες δὴ τὰναντία ἀρχὰς ποιοῦσι, omnes principia rerum faciunt contraria, quod a Patre suo Pythagora videntur accepisse, vel ab Orphicis carminibus, qualia sunt apud Stobaeum Ecl. Phys. I, 13 p. 25 med. vel, si Philoni credimus-

dimus, lib. Quis rerum divinar. heres p. 510, C. (p. 503. pr. edit. Mangeü) ab ipso Mose, cujus παλαιὸν ἔνθεμα esse ait illud, *in quo caput philosophiae constituerit Heraclitus*, ὁ φασιν ἔλληνες τὸν μέγαν καὶ ἀείδιμον παρ' αὐτοῖς Ἡράκλειτον κεφάλαιον τῆς αὐτῆς προσησάμενον φιλοσοφίας. De hoc Plato Conviv. p. 321, A. Ἡράκλειτος - τὸ ἐν φησι, διαφερόμενον αὐτὸ αὐτῷ συμφέρεσθαι, ὥσπερ ἀρμονίαν τόξον τε καὶ λύραν. Unum illud est mundus, qui per ipsam pugnam cohaeret, ut arcus & lyra tensionibus contrariis vim suam debent. Accusatur deinde ex persona Eryximachi absurditatis haec sententia, & mox ita excusatur, hoc forte velle Heraclitum, ea quae differrent, in concordiam redigi. Tales objectiones, non magni illae momenti, videntur peperisse illam longam inductionem artium, de qua modo dictum est. Pergamus ostendere, hoc dogma antiquissimum licet & satis commune olim, deinde tamen velut proprium & caracteristicum factum esse Heracliti, & videamus, quam varie illud veteres eloquantur. Aristot. de Morib. 8, 2 ita, τὸ ἀντίξεν συμφέρον, καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων τὴν καλλίστην ἀρμονίαν, καὶ πάντα κατ' ἕνα γίνεσθαι. Τὸ ἀντίξεν Hesychius ἀντίπαλον interpretatur. Idem Aristoteles, l. quisquis est, de Mundo c. 5 Συνόψεως (Stobaeus Ecl. Phys. p. 77 συλλήψεις, quod synonymum fuerit, si legas συλλήψεις) ὅλα καὶ ἕκ ὅλα, συμφερόμενον καὶ διαφερόμενον, συναῖδον καὶ διαῖδον, ἐκ πάντων ἓν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα. Hoc, puto, dicit, si cogitatione inter se jungas, committas & comprehendas universa & partes, simile ac dissimile, consonans dissonans: ex omnibus unum quiddam constare, ex uno omnia orta esse, deprehendes. Apud Plutarchum de Iside & Osiride p. 369, A. παλίντροπος ἀρμονία κόσμος ὥσπερ λύρης καὶ τόξου, ex intentione & contentione in partes contrarias, sicut in lyra & arcu, esse illam, quae continet, quae efficit omnia, mundi compagem: Ibid. p. 320, C. huc refertur fabula de Harmonia Martis, rixosi Dei, & Veneris fi-




lia: itemque additur illud de Heraclito, quod suavem & elegantem virum, nec semper ploratorem, indicat, *Ηράκλειτος*, inquit, *ἄντικρυς πόλεμον ὀναμάζει πατέρας, καὶ βασιλέα, καὶ κύριον πάντων, καὶ τὸν μὲν Ὀμηρον, εὐχόμενον* (Il. Σ, 107) *Ἐκ τε Θεῶν ἔρην ἐκ τ' ἀνθρώπων ἀπολέσθαι, λανθάνειν, Φησὶ, τῇ πάντων γενέσει καταρῶμενον, ἐκ μάχης καὶ ἀντιπαθείας τὴν γένεσιν ἔχόντων.* Jo-
cose igitur Homerum reprehendit, *qui perire cum optavit ex hominum Deorumque coetibus Discordiam, imprudens generationem omnium rerum exsecratus sit, quae ex pugna quadam & contraria rerum natura ortum habeant.* Apud Stobaeum Ecl. Phys. 1, 1 p. 2 med. Fatum 1. *ἐμαρμένην* finit Heraclitus, λόγον ἐκ τῆς ἐναντιοδρομῆς διμικρὸν τῶν ὅλων, *rationem, quae contrariis quibusdam occursibus omnia efficiat.* Laërtius Diogenes (cujus alium locum reservamus ad §. V) 9, 7 in dogmatis illius ponit, *διὰ τῆς ἐναντιοτροπῆς ἡρμόσθαι τὰ ὄντα, perpetuo illo rerum contrariarum versus se invicem nixu & conatu compagem hujus universi contineri*, ut v. g. lapidum in fornice con-nixu ipsi arcus illius tenentur, collapsuri, ubi altera pars vicerit: vel, quod simplicius etiam est, uti duo tigna, in angulum instar A sibi mutuo incumbencia, ipsa vi contraria retinentur. Sed satis similitudinum est in ipso de Diaeta libro. Heracliticum igitur dogma haud dubie est illa *ἐναντιότης, ἐναντιοτροπή, ἐναντιοδρομή, ἀντιπάθεια*, illud *ἀντίξεν*, illa *μάχη*, ille *πόλεμος ἀπάντων πατῆρ*, illa *παλίντροπος ἁρμονία*. Nec opus est plura congerere ex Sexto Empirico, Luciano, ceteris. Nec obstat, quod illa *rerum concordia discors*, ab Horat. Epist. 1, 12, 19 & passim ab aliis, assignatur Empedocli, nempe juniore, & poëtae, & diserto. Et sane ita multa sunt in rerum natura, quae sub hoc *ἐναντιοτροπῆς* velut titulo possunt comprehendi, ut mirum non sit, pluribus eam placuisse. Sic Plutarchus plurima phaenomena ad hoc caput refert in libro de Iside & Osiride.



IV.

Illa ipsa pugna, & nixus in contrarias partes, nunc hoc superante, nunc alio, efficit motum fluxumque continentem, ut omnia perpetuo oriantur, occidant, existant, evanescant: adeo ut nihil eorum, quae sensu percipimus proprie esse, εἶναι, dici possit, sed tantum *fieri*, γίνεσθαι, ut non possis iterum in idem flumen descendere &c.

Melissus & Parmenides apud Platonem Theaeteto p. 130, E. motum de rebus disputando & cauillando iustulerant, ὡς ἐν τε πάντα ἐστὶ, καὶ ἔσθην αὐτὸ ἐν αὐτῷ, ἐκ ἔχον χώραν, ἐν ᾗ κινεῖται. Restituit motum Heraclitus, & fluxum induxit perpetuum rerum omnium. Hinc Heracliticus ῥέοντας vocat, τὰ ἀκίνητα κινεῖντας, ut Parmenidis discipulos στασιώτας. De eodem Stobaeus Ecl. Phys. 23 p. 40 Ἡρακλίαν καὶ στασίαν ἐκ τῶν ὅλων ἀνίρει, κίνησιν δὲ τοῖς πᾶσιν ἀπεδίδδ. Iterum Plato Cratylo p. 265, A. λέγει Ἡράκλειτος, ὅτι πάντα χωρεῖ, καὶ ἑδὲν μένει, καὶ ποταμὸς ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα λέγει, ὡς δὲ εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν ἐκ ἂν ἐμβαίης. Sunt ibi plura in hanc sententiam. Add. Stobaeus Ecl. Phys. 24 pr. p. 45. In Theaeteto p. 118, F. Ὅτι μὲν γὰρ ἑδέετοτ' ἑδὲν, αἰεὶ δὲ γίγνεται. Addit, hanc communem antiquorum fuisse sententiam, καὶ περὶ τέτων πάντες ἐξῆς οἱ σοφοί, πλὴν Παρμενίδου συμφύρεσθον, nominatque Protagoran, Heraclitum, Empedoclem, Epicharmum, Homerum adeo. Et p. 122, A. κατὰ μὲν Ὅμηρον, καὶ Ἡράκλειτον καὶ πᾶν τὸ τοιῶτον φύλον, εἶον ρεύματα κινεῖσθαι τὰ πάντα. Add. p. 130, B. Aristoteles Metaph. 13, 4 pr. Ἡρακλειτεῖς λόγους, i. e. rationes




& *argumenta* memorat, ὡς πάντων τῶν αἰδητῶν αἰεὶ ῥεόντων. Idem Topic. 1, 11, 5 Heracliti ὑπόθεσιν παράδοξον appellat, ὅτι πάντα κινεῖται. Add. Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotypos. 3, 115 ubi comparat etiam Platonis sententiam μηδὲ ὄντα λέγοντος τὰ σώματα, ἀλλὰ γινόμενα. Sic in Sophista p. 160, D. Corporebus non ἔσθ' *essentia*, sed γένεσις *fientia* tribuitur. Conf. p. 161, B. it. Pollux Onom. 5 extr. & Laërt. 9, 8 & ibi Menag. Neque Latinis haec incognita fuisse, ostendit illud Senecae Epist. 58 p. 204 extr. *Hoc est, quod ait Heraclitus, in idem flumen bis non descendimus.* Jure igitur Heraclitica esse dixi, quae in hanc sententiam pluscula sunt in libro de Diaeta, V. G. 21, 6 ubi negat *cujusquam corpus idem* manere, σῶμα δὲ ἔθενε καὶ τ' αὐτὸ ἔθενός.

V.

Ignis & aqua sunt elementa & principia omnium rerum, quae suis qualitatibus, hinc siccitate & calore, hinc humiditate & frigore, earumque pugna perpetua, producendis rebus omnibus & phaenomenis earum omnibus explicandis sufficiunt. Ignis movet omnia, transit, laxat, densat &c. Aqua nutrit, additur, demitur &c.


Primo monendi sumus, non pugnare haec cum illis quatuor elementis, quae jam ante Empedoclem placuere Heraclito. Ponetur ad eam rem Diogenis Laërtii 9, 8 sq. locus licet longior, sed qui ad totum hoc argumentum unice pertineat, & forte integrior hic detur, quam vulgatus est in editis libris. Placet ergo Heraclito, Γίνεσθαι πάντα κατ' ἐναντιότητα, καὶ ῥεῖν τὰ ὅλα ποταμῶ δίκην. πεπεραῖσθαι τε τὸ πᾶν, καὶ ἕνα



εἶναι εἶναι κόσμον, γεννᾶσθαι τε αὐτὸν ἐκ πυρός, καὶ πάλιν ἐκπυρᾶσθαι κατὰ τινὰς περιόδους ἐναλλάξ τὸν σύμπαντα αἰῶνα. τῆτο δὲ γίνεσθαι καὶ εἰμαρμένην. τῶν δὲ ἐναντίων τὸ μὲν ἐπὶ τὴν γένεσιν ἄγον καλεῖσθαι πόλεμον καὶ ἔριν. τὸ δ' ἐπὶ τὴν ἐκπύρωσιν, ὁμολογίαν καὶ εἰρήνην, καὶ τὴν μεταβολὴν ὁδὸν ἄνω κάτω. τότε κόσμον γίνεσθαι κατὰ ταύτην. πυκνόμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι, (καὶ αἰέ-
ρα γίνεσθαι) ξυγνιζόμενον, (αἰέρα) τε γίνεσθαι ὕδωρ. πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ εἰς γῆν τρέπεσθαι, καὶ ταύτην ὁδὸν ἐπὶ τὸ κάτω εἶναι: πάλιν τε αὐτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι κ. τ. λ. *Fieri omnia contraria quadam vi, & fluere universa instar fluminis: finibus suis circumscriptum hoc universum, & unum esse mundum, eumque nasci ex igne condensato, & vicissim atque alternis in ignem resolui quodam successionum orbe per universum aevum: illud porro fato fieri.* Tum de contrariis illis quod ad generationem & ortum ducat, id bellum vocari atque contentionem, quod autem ad incendium, consensum & pacem, denique illam mutationem viam sursum (a crassioribus ad subtiliora, a Terra per Aquam & Aëra ad Ignem) ac deorsum (a subtilioribus ad crassiora): *Mundum secundum hanc posteriorem fieri.* Quae nunc apud Laërtium sequuntur, ea poëtae verbis explicabimus, ut severius argumentum aliqua suavitate condiatur, & simul reddatur ratio eorum, quae Graecis Laërtii verbis inserta sunt contra omnium librorum fidem, sed non sine magna ratione a Creechio ad Lucret. 1, 783

*Et primum faciunt Ignem se vertere in Auras
Aëris, hinc Imbrem gigni, Terramque creari
Ex Imbri, retroque a Terra cuncta reverti,
Humorem primum, post Aëra, deinde Calorem.*

Mollioribus carminibus suavissime explicata haec eadem legere, & totam pene hanc Heracliticam philosophiam, quatenus eadem Pythagorica est, cognoscere licet ex Ovid. Metam. 15, 245 & multis qui praecedunt versibus, & qui sequuntur. Ceterum, ut indicatum jam est, illi quatuor elementorum Theo-



riae (cui etiam tota pene Platonici Timaei physiologia est superstructa) non repugnat, quod hic duo tantum poni videntur, maxime illa contraria, sed quorum alterum, ut illis videbatur, in alterum transire, sine interuentu alius non poterat. Neque enim Aqua proxime in Ignem mutatur, sed ante in Aërem vertitur : neque subsistit illa Aëris condensatio in Aqua, sed si augeatur, in Terram descendit. Jam si inspiciamus, quid sit in libro de Diaeta c. 4, 1 *Ζυνίσσεται μὲν ἔν τῷ ζῳα τά τε ἄλλα πάντα, καὶ ὁ ἄνθρωπος, ἀπὸ δυῶν, διαφόρων μὲν τὴν δύναμιν, συμφέρον δὲ τὴν χρεῖσιν κ. τ. λ.* deprehendemus, illa plane Heraclitica esse, & cum his, quae adhuc allata sunt, convenire. Ex hac philosophia Varro de L. L. 4, 10 p. 18, 1 *Causa nascendi duplex, Ignis & Aqua* &c. sunt enim plūscula. Venuustissime Ovid. in Metam. 1, 430

*Quippe ubi temperiem sumfere Humorque Calorque,
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumque sit Ignis Aquae pugnax, vapor humidus omnes
Res creat, & discors concordia fetibus apta est.*

Ut autem quatuor illa elementa ad duo revocant interdum; ita nonnumquam solius Ignis mentionem faciunt. V. G. Heraclito tribuit Ponticus Heraclides de Alleg. Hom. p. 468 med. *Πυρὸς ἀμοιβῇ τὰ πάντα γίνεται.* Verum quod ἀμοιβήν, *vices, alternationem* nominat, eo ipso reliqua elementa, Aquam certe advocat, & cum his, quae modo prolata sunt, convenit. Sed etiam Varro de L. L. 4, 10 p. 17, 20 Zenoni Cittieo tribuit illud, *Animalium semen ignis.* Et ipse p. 18, 15 *Poetae de caelo semen igneum cecidisse dicunt in mare, ac natam e spumis Venerem conjunctione ignis & humoris.* Add. quae ad §. VII n. III dicentur.



VI.

Animarum nomine Heraclitus, & qui cum illo philosophantur, intelligunt quidquid motus sui in se principium habet, ut idem sit quod ζῶον s. vivum, comprehendatque Deos, Daemonas, illud, quo homines, & animalia vivunt, sive id conjunctum cum corpore cogitetur, sive quatenus vel ante corpus suum iam exstitisse, vel post illud superesse putatur. Aliquid certe activum, operosumque, quod ad praedicamentum substantiae referant Peripatetici. Talium igitur animarum, de Heracliti sententia, omnia plena sunt.

Certe in dogmatis Heracliti ponit Laërt. 9, 7 Πάντας ψυχῶν εἶναι καὶ δαιμόνων πλήρη. Hinc illa vox intrare jubentis hospites in fumosam tabernam, ratione addita, Ἔναι γὰρ καὶ ἐνταῦθα θεῶς, apud Aristotelem de Part. Animal. 1, 5. *Deos & animas* indiscriminatim ponebat. Hinc apud Lucianum Vitar. auct. c. 14 To. 1 p. 554 interroganti, Τί δαὶ αἱ ἄνθρωποι; respondet, Θεοὶ θνητοὶ, & vicissim quaerenti, Τί δαὶ εἰ θεοί; ἄνθρωποι, inquit, ἀθάνατοι. Pythagoras etiam apud Laërt. 8, 32 Ἔναι τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων. Esse hanc quoque inter sententias magnae Philosophorum parti communes, viri docti ad eum locum satis ostenderunt. Vid. Cic. de Nat. Deor. 1 c. 30. Sen. Epist. 108 ubi de abstinentia ab Animalibus. Potuit vero tanto facilius de illa propositione, *Animarum, Deorum, Animalium plena sunt omnia*, inter dissentientes alioqui convenire, quo minus definitum & certum habebant, quid *Animae, Dei, Animalis* nomine intelligerent. Sic Aristoteles



les de Anima I, 5 Ἐν τῷ ὅλῳ τινὲς αὐτὴν (de anima loquitur) μεμίχθαι φασίν, ὅθεν ἴσως καὶ Θαλῆς ᾤκησεν πάντα πλήρη θεῶν εἶναι. *Thaletis ergo jam sententiam fuisse ait, Deorum plena esse omnia, eamque ex eorum ortam opinione, qui dicerent, Animam huic universo admixtam esse. Sed altius etiam repetiverat paullo ante hoc dogma ex versibus Orphicis, ubi dicitur, Animam respirantium ex hoc universo intrare, quippe quae ventis feratur, Οἱ ἐν τοῖς ὀρφικοῖς καλεσμένοις ἔπεσι λόγος φησὶ, τὴν ψυχὴν ἐκ τῆς ὅλης ἐσιέναι ἀναπνεόντων, φερομένην ὑπὸ τῶν ἀνέμων.* Ex eodem fonte videtur illud Hermetis apud Stobaeum Ecl. Phys. p. 128. post. med. Ἀπὸ μιᾶς ψυχῆς τῆς τῶ πάντων παῖσαι αἱ ψυχαί εἰσιν αὗται ἐν τῷ παντὶ κόσμῳ κυλινδόμεναι κ. τ. λ. *De una huius universi anima omnes istae sunt animae, quae per totum mundum volutantur.* Etiam Timaeo Platonico mundus est ζῶον ἐν ζῶᾳ ἔχον ἅπαντα ἐν ἑαυτῷ θνητά τε ἀθάνατά τε p. 542. extr. Sunt plulcula in Timaeo Platonis, quibus firmatur, quod de vaga illa significatione nominum ψυχὴ, δαίμων, θεός, dixi. V. G. p. 527, B. Νῦν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι συνέσκησεν ὁ θεός. *Secundum haec mens in anima habitat, anima in corpore. Alias speciem animae, (formam aut partem dicere Romani solent) praecipuam facit mentem, ac vocat daemonem,* p. 551. F. περὶ τῆς κυριωτάτης παρ' ἡμῶν ψυχῆς εἶδός διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὥς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεός ἐκάστω δέδωκε τῆτο κ. τ. λ. Et p. 552, A. *contubernalem nobis daemona, ζύνοικον.* Et mox τὸ ἐν ἡμῶν θεῖον. Dixerat jam p. 542, G. deos illos minores, Demiurgos, acceptam a principe Deo immortalem animam mortali corpore circumdedit: deinde vero adstruxisse in ipso corpore, aliam speciem animae, mortalem, ἄλλο εἶδος ψυχῆς προσωκοδομήντο, θνητόν κ. τ. λ. Quid ergo mirum, si inconstanter etiam de anima locutus est Heraclitus, qui apud Plutarchum de Plac. Philos. 4, 3 Mundi animam dicat ἀναθυμίασιν ἐκ τῶν ἐν αὐτῷ ὑγρῶν (*vaporem illum humidum, quem ex Ovi-*

dio

dio dedimus ad §. V) τὴν δὲ ἐν τοῖς ζώοις ἀπὸ τῆς ἐκτὸς καὶ τῆς
 ἐν αὐτοῖς ἀναθυμιάσεως ὁμογενῆ. Fuerit ergo anima etiam ho-
 minis quiddam *ex vapore illo externo & circumdante nos, &*
altero interno corporis ejusdem naturae mixtum. Huc perti-
 net illud apud Clementem Alex. Strom. 6 p. 624 *Ψυχᾷσι*
θάνατος ὕδωρ γενέσθαι ὕδατι δὲ θάνατος γῆν γενέσθαι. Ergo *hali-*
tus est anima, vapor est, qui perit & moritur cum ab humo-
 re oppressus ignis moveri non amplius potest. Aliud genus
 interitus Theodoretus memorat Graecar. affect. 5 p. 73, 21
Τὰς ἀπαλλαττομένας τῷ σώματος (ψυχὰς) εἰς τὴν τῷ πάντες ἀνα-
χωρεῖν ψυχὴν ἔφησεν, οἷα δὲ ὁμογενῆ ἔσαν καὶ ὁμοέσιον. Dixit He-
 raclitus, *discedentes a corpore animas in animam hujus universi*
recedere, quae sit nimirum generis ejusdem & essentiae. Haec
 nota cum sint olim viris doctis, & praestantissimo praesertim
 Philosophorum Historico, viro omni omnium qui haec amant
 amore & laudibus dignissimo; paullo difficilius persuaderi si-
 bi patiuntur, quae mox de anima Heraclitica, partes omnes
 sui corporis ad conceptum in vtero secum adferente, dicen-
 tur. Non putabat candidissima illa anima, Bruckerus, ejus-
 dem viri esse utrumque genus animarum, vapidum illud, quod
 in auras diffatur, & a fluctu opprimitur, atque alterum soli-
 dius, membris suis ac partibus jam instructum, ex auctore
 de Diaeta a nobis prolatum. Sed cogitemus, omnium omni-
 no rerum principia esse, secundum Heraclitum, ignem illum
 architectum, & praebentem se illi, & repugnantem tamen il-
 li humorem. Itaque cum generalius loquitur ipse ac discipu-
 li, ἀναθυμιάσιν appellant, vaporem, h. e. ignem subtilem,
 subtilissimas aquae partes rapientem, subigentem, motibus
 variis aptantem. In libro autem de Diaeta propius haec ad
 ortum hominis & rationem generationis applicantur, ut mox
 patefiet. Hic illud modo observasse iuvat, etiam divinio-
 rem animae partem, νῆν, mentem, qua sapimus, a vapore il-
 lo circumfuso Heraclitum arcessivisse apud Sextum Empir.




contra Math. 7 n. 129. Τὸν θεὸν λόγον, inquit, δι' ἀναπνοῆς
σπᾶσαντες νοεροὶ γινόμεθα. Est ille θεὸς λόγος, quem alias κοι-
νὸν vocat. Nempe τὸ περιέχον ἡμᾶς, circumfusum illum no-
bis vaporem, λογικόν τε καὶ φρενῆρες, rationis & prudentiae
particeps, statuebat, & hinc *communes notiones* veras, quae
quis autem separatim sentiret, ea falsa esse, Sext. l. c. 7, 127.
Quod simile est illi ejusdem sententiae apud Plutarchum de
superstit. p. 166, C. *Vigilantes habere unum & communem mun-
dum, dormientium unumquemque in suum converti.* Venuſte
addit Plutarchus, *superſtitioſo plane nullum eſſe mundum &c.*
Sed hoc agamus. Heracliti animae poſſunt eſſe ἀναθυμιάσις,
vapor, ignis, miſtum quid e quatuor elementis, poſſunt ſa-
pere non ſapere, poſſunt in Hade eſſe, poſſunt in lucem ſe-
cundum membra ſua omnia prodire, poſſunt redire in Haden
ſuum. Sic enim corpora ῥέεσι. Non modo hoc ex generali-
bus viri ſententiis elicitur; ſed diſerte etiam Stobaeo teſte p.
113 extr. Ἀμοιβάς ἀναγκαίως τίθεται ἐν τῶν ἐναντίων, ὅδόν τε
ἄνω καὶ κάτω διαπορεύεσθαι τὰς ψυχὰς ὑπέληφε κ. τ. λ. Si ne-
ceſſariae ſunt animabus illae per contraria viciffitudines, ſi vi-
am illam ſurſum & alteram deorſum (de qua ad §. V.) pera-
gunt, Ignis ſunt, Aër ſunt, & Humor & Terra: modo tem-
perata recte, quomodo ſe habent in generatione & vita, mo-
do uno vincente inaequabiliter miſta, quo factò per fluxum
illum perpetuum in *Haden* ſibi ſuum redeunt. Sed erit ali-
quid etiam ad §. VII de iſta Animarum ex Aqua & Igni tem-
peratura dicendum.

VII.

Animae humanae, Ignis & Aquae commix-
tione & ipſae temperatae, oberrant, membraque
futuri hominis omnia, magna, parva, jam ha-
bent, evoluenda deinde & augenda.

Hae animae (quae ζῶα eadem f. Animalia vocari possunt) in Animantes omnes, atque adeo in homines quoque, intrant illis non sentientibus, & quasi irrepunt cum spiritu : sed illae solae μοῖραν f. sortem & conditionem humanam nanciscuntur, & corpus sibi faciunt, animantque, quae in locum idoneum deferuntur, ubi augescere, ac deinde coalescere possint.


Haec jam verbis auctoris de Diaeta probanda, & aliunde quantum potest illustranda sunt. Ac primo, potuitne disertius, quam c. 18, 1 Ἡ δὲ ψυχὴ τῷ ἀνθρώπῳ, ὥσπερ μοι καὶ προσέρχεται, σύγκρησιν ἔχουσα πῦρ καὶ ὕδατος, μέρη δὲ ἀνθρώπου, εἰσέρπει εἰς ἅπαν ζῶον, ὅτι περ ἀναπνέει. καὶ δὴ καὶ εἰς ἀνθρώπον πάντα καὶ νεώτερον καὶ πρεσβύτερον. Ἀυξεται δ' ἐκ ἐν πᾶσιν ὁμοίως. Respicit ad c. 7, 5 ubi de anima hominis dixit, Ἐσέρπει δὲ εἰς ἀνθρώπον, μέρη μερέων ἔχουσα, σύγκρησιν πῦρ καὶ ὕδατος -- & f. 18 Ἐκάστῃ δὲ ψυχῇ μέζω καὶ ἐλάσσῳ ἔχουσα περιφοιτᾷ τὰ μέρη τὰ ἑαυτῆς, ὡς προσθέσεως ὁδὸν ἀφαιρέσεως δεομένη τῶν μερέων -- χώρα δὲ πάντα διαπρήσσεται, εἰς ἣντινα εἰσέλθῃ -- C. 8, 1 Διὰ τῆτο ἀνθρώπου ψυχὴν, ἐν ἀνθρώπῳ αὐξάνεται, ἐν ἄλλῳ δὲ ὀδενί. Conf. c. 18, 1 199. Et c. 8, 12 Ἀνάγκη δὲ τὰ μέρη ἔχειν πάντα τὰ ἐσιόντα. Ἔτινος γὰρ (μέρους) μὴ ἐνείη μοῖρα ἐξ ἀρχῆς, ἐκ ἀν αὐξηθεῖν, ἕτε πηλλῆς ἐπίσης τροφῆς, ἕτε ἐλίγης. *Habet igitur anima temperamentum Ignis & Aquae, habet omnia membra hominis, non modo majora, sed etiam minora, sive membrorum membra; non indiget neque additione neque ablatione membrorum, sed nutritione tantum & auctione, quam locus, in quem delata est, illi praestat. Membrum autem cujus ab initio fors non adsit, quo sorte quadam careat illa anima, crescere non potest, neque multo superveniente alimento neque paucō &c. Quod enim nus-*



quam est, illud nec augeri potest nec minui. Nituntur haec iis, quae §. I & II disputata sunt, nihil existere de nouo, nihil perire &c. & confirmantur ab auctore c. 19 pr. ubi de embryone ita, Διακρίνεται τὰ μέλη αἷμα πάντα καὶ αὐξεται, καὶ ἔτε πρότερον ἔδεν ἑτέρω ἔθ' ὕπερον, τὰ δὲ μέζω φύσει πρότερα φαίνεται τῶν ἐλασσόνων, ἔδεν πρότερον γινόμενα κ.τ.λ. simul discerni ait *membra omnia & crescere, neutrum altero nec prius nec posterius, sed prius videri, quo quodque membrum natura majus sit.*

II. Non abhorrere ista ab aliorum magni nominis Philosophorum placitis, ostendendum est. Ac primo quidem Timaeus ille, cujus libellus Dorico sermone scriptus superest, p. 556 pr. Galei, Τὰν μὲν ἔν' ἀνθρωπίναν ψυχὰν ἐκ τῶν αὐτῶν λόγων καὶ δυνάμεων (praecessit de quatuor elementis eorumque qualitatibus) συγκερασάμενος, καὶ μερίζας, διένειμε τὰ φύσει τὰ ἀλλοιωτικὰ παραδόντες. Habemus hic *Animam* permissione elementorum, & *facultatum*, quae iis tribuuntur, *relationumque* constantem, & *alteratrici naturae* a summo Deo traditam. Deinde partes persequitur Animae, *rationis* alteram & *mentis participem* (λογικὸν καὶ νοερὸν) alteram autem *expertem* (ἄλογον καὶ ἄφρον) Tum sedes suas illis attribuit, cerebrum rationali, alteri autem medullam spinæ, ab isto defluentem, & semen continentem, p. 557 post princ. Ἀπὸ δὲ τούτω (τῷ ἐγνεφάλλῳ) ἀπέχυμα ῥεῖ διὰ τῶν νοτίων σπονδύλων τὸ λοιπὸν, ἐξ ᾧ ἐς σπέρμα καὶ γόνον μερίζεται. Platonis Timaeus Commentarius quidam est in eum libellum, unde haec deprompta sunt. Operae pretium est, quae huc pertinent, adscribere & interpretari. Nempe P. 544, E. ista habentur: πῦρ τε, καὶ ὕδωρ, καὶ αἶρα, καὶ γῆν--ὁ θεὸς--μιγνύς ἀλλήλοις σύμμετρα, πανσπερμίαν παντὶ θνητῷ γένει μηχανώμενος, τὸν μυελὸν ἐξ αὐτῶν ἀπειργάσατο. Καὶ μετὰ τὰυτα φυτεύων ἐν αὐτῷ κατέδει (Ald κατέδυ) τὰ τῶν ψυχῶν γένη. *Medullam* (quam mox distinguit in cerebrum & spinalem

Iam medullam) composuit Deus ex quatuor elementis proportionem quadam inter se permistis, & illud velut seminum omnium receptaculum (quid enim aliud significare πανσπερμία potest?) omni mortali generi paravit: in eaque implantavit & devinxit (seu demersit cum Aldo malis) Animarum genera. Non ausim abscisse pronunciare, has esse ipsas Heracliti animas: sed habemus tamen sedem animarum & velut arvom (ἀρεθραν ipse vocat) medullam capitis & spinæ. In ipso deinde libri fine p. 552, C. Θεοί, inquit, τὴν τῷ ποτὶ διεξοδὸν, ἥτις διὰ τῷ πνεύματος τὸ πέμα ὑπὸ τῶν νεφρῶν εἰς τὴν κύβιν ἐλθὼν, καὶ τῷ πνεύματι θλιφθὲν συνεκπέμπεται, (sic puto legendum pro τὸ θλιφθὲν συνεκπέμπει) δεχόμενοι, συνέτρησαν εἰς τὸν ἐκ τῆς κεφαλῆς κατὰ τὸν αὐχέναν καὶ διὰ τῆς ῥάχews μυελὸν συμπεπηγῶτα. ὅν δὴ σπέρμα ἐν τοῖς πρόθεσι λόγοις εἶπαμεν. Ὁ δὲ αὐτὸς ἐμψυχὸς ὢν, καὶ λαβὼν ἀναπνοὴν τῷ ἥπερ ἀνέπνευσε, τῆς ἐκροῆς ζωτικὴν ἐπιθυμίαν ἐμποίησας αὐτῷ, τῷ γεννᾶν ἔρωτα ἀπετέλεσε. Sumserunt Dii viam illam potus, qua ille per pulmonem (spiritus conceptaculum, qui vehit Heracliti Pnychas) renes subit, & vesicam intrat, & ope respirationis (nixu diaphragmatis) compressus emittitur: hanc igitur viam, haec vasa sumserunt Dii, & perforarunt in medullam illam; quae ex capite per cervicem & spinam transit & consistentiam habet, quod semen, (πανσπερμίαν) supra diximus. At illa medulla, quae esset animarum plena, hoc ipsum spiraculum (foramen in vias potus) nata, qua respirare & transfluere possit, effluxionis animalis cupiditate concepta, sic generandi amorem efficit. Ergo ψυχὰς, quae eadem semina sunt, quarum propria μοῖρα ac sedes, sive ager adeo est medulla spinalis, ex hac transeunt in meatus urinae, effluere cupiunt, ad generandum feruntur. Ne dubitemus, has ψυχὰς, haec semina, eadem esse animalia, faciunt, quae mox sequuntur. Cum enim exposuisset




incommoda, quae ab oestro Venereo in viris ac feminis eveniant, addit, ea incommoda, non cessare, μέχρι περ ἂν ἑκατέρων ἢ ἐπιθυμία καὶ ὁ ἔρως, ἐξαγαγόντες οἷον ἀπὸ δένδρε καρπὸν, κατὰ δρέψαντες, ὡς εἰς ἄρεθραν τὴν μήτραν, ἀόρατα ὑπὸ σμικρότητος καὶ ἀδιάπλαστα ζῶα κατασπείραντες, καὶ πάλιν διακρίναντες, μεγάλα ἐντὸς ἐκθρέψονται. καὶ μετὰ ταῦτα εἰς φῶς ἀγαγόντες, ζῶων ἀποτελέσωσι γένεσιν, *Donec utrorumque cupiditas atque amor productum ex se velut ex arbore fructum, decerptumque, nempe fugientia prae parvitate visum, atque informia animalia, in uterum tamquam in agrum seminantes, eaque denuo discernentes ad magnitudinem aliquam intus nutriendo perducant, iisque postea in lucem producendis animantium generationem absolvant.* Presse admodum & pene ad verbum reddidi locum, iam paullo enarrandum planius: Coëuntes per voluptatem & amorem ex suis vasis, quae potus viis conjuncta diximus, intumescantibus, tamquam e planta, fructum maturum eliciunt, & mutuo carpunt. Ille fructus sunt animalcula visum fugientia ob suam exilitatem, & quatenus judicari sensu potest, nondum formata. Ea porro animalcula, uti semen quoddam, in genitale arum mulieris sparguntur, ibique ope alimenti idonei evolvuntur, explicantur, formantur, augentur, uti magna fiant & formosa, verbo, homines. Interpretationi huic praeterquam, quod cum rationibus linguae, & verborum tum singulorum tum junctorum ex asse convenit, fidem faciat etiam Augustinus de Civit. Dei 22, 14 *Quid ergo de infantibus dicturi sumus, nisi quia non in ea resurrecturi sunt corporis exilitate, qua mortui: sed quod eis tardius accessurum erat tempore, hoc sunt illo Dei opere miro ac celerrimo recepturi.* - - *Hunc perfectionis modum sic habent omnes, ut cum illo concipiantur atque nascantur. Sed habent in ratione (in causis suis, nisi eae impediuntur, in quibus sunt Augustino materia quoque & forma): non in mole: sicut ipsa jam MEMBRA OMNIA SUNT*

SUNT LATENTER IN SEMINE; *cum etiam natis nonnulla adhuc desint, sicut dentes, ac si quid ejusmodi. In qua ratione unius cujusque materiae indita corporali, jam quodammodo, ut ita dicam, liciatum (agnosc lector, verbum e textorum opificio sumtum) esse videtur, quod nondum est: immo quod latet; sed accessu temporis erit, vel potius apparebit. Quod latet, stilo Heracliti est ἐν ᾧδῳ, in Plutonis regno. Platoni est, ἀόρατον καὶ ἀδιάπλαστον. quod apparet, in lucem, in Jovis regnum venit &c.*

III. De Aquae & Ignis temperamento, quo constant Animae, hic aliquid addendum iis quae ad §. V generatim de illo disputata sunt. Quod haec duo praeter cetera nominabat Heraclitus, hanc quoque causam habuisse videtur, quod ab omni aevo duplicem in Animis naturam observabant, rationis & divinitatis cujusdam participem unam, immortalem eandem, certe immortalitatis capacem, alteram vero brutam, in humum pronam, morti destinatam. Sunt multa ejus generis in Timaeo utroque. Empedocles & Heraclitus apud Plutarchum de solertia Animal. p. 964, E, τὴν γένεσιν ἐξ ἀδίκιας συντυγχάνειν λέγουσι, τῷ θνητῷ συνερχομένῃ τῇ ἀθανάτῃ. Ipsam generationem hominum cum injuria quadam conjunctam, cum immortale mortali copuletur. Mezentianae crudelitatis accusant naturam, qui mortua corpora vivis deligabat. Audiamus diserte veterum sententias eloquentem Maximum Tyrium Diss. 12 p. 133 Ὅτι ἡ τῷ ἀνθρώπῳ ψυχὴ - κεκραμένη ἐκ θνητῆς καὶ ἀθανάτης φύσεως, κατὰ μὲν τὸ θνητὸν αὐτῆς ζυντάττεται τῇ θνητῇ φύσει, καὶ γὰρ τρέφει καὶ αὔξει, καὶ κινεῖ καὶ αἰσθάνεται. κατὰ δὲ τὸ ἀθάνατον τῷ θεῷ ζυνάπτεται, καὶ γὰρ νοεῖ, καὶ λογίζεται κ. τ. λ. Anima hominis ex immortali atque mortali natura contemperata, qua parte mortalis est, in ordine bestialis naturae collocatur, etenim nutrit & auget & movet corpus suum, ac sen-

sentit: qua vero immortalis, divinae naturae copulata est: etenim intelligit & ratiocinatur. Jam notum est vel ex ipso de Diaeta libro, Ignis naturae principatum quendam & divinitatem tribui in hac philosophia. V. G. c. 11, 40 dicitur τὸ πῦρ διέπον ἅπαντα κατὰ φύσιν - ἐν τῷ ψυχῇ, νόος, φρένησις, αὐξήσις, μείωσις κ. τ. λ. *Ignis administrat omnia natura sua, in hoc inest anima, intelligentia, sensus, vis augendi minuendi: Igneum ergo vigorem & activum tribuit animis, & insuper naturam aqueam, facile cedentem, flexilem, formas omnes recipientem, passivam.* Adhibeamus recentiorum alium antiquarum nominatim Heracliti sententiarum interpretem, Porphyrium de Antro Nymphar. p. 117 Barnes. Ἀνάγκη τοῖς νυν καὶ τὰς ψυχὰς ῥέπειν πρὸς τὸ ὑγρὸν, καὶ σωματῶσαι, ὑγρανθείσας - παχυνθέντος δ' ἐν αὐταῖς τῷ πνεύματος ὑγρῷ πλεονασμῷ, ὁρατὰς γίνεσθαι κ. τ. λ. *Igneae naturae animas ad humorem inclinari necesse est, & ab ipsa illa humectatione corpus accipere, ita cum densior factus est in illis ab humoris abundantia spiritus, videri posse incipere, h. e. ut noster Hippocrates ait, ex Hade progredi.*

IV. Vnum superest illustratione dignum, de μοῖρα, cuius in hac re aliquoties fit mentio. Ita c. 8, 7 Ἐσέρπει δὲ ἐς ἄνθρωπον ψυχῇ, πυρὸς καὶ ὕδατος ζύγκησιν ἔχουσα, μοῖραν σώματος ἀνθρώπου. Et c. 9, 11 ἑκότερα δ' ἢν ἐμπλήσῃ τὴν πεπερωμένην μοῖραν, τὰντὰ διακρίνεται πρῶτα. Nempe quod anima in talem locum venit, in quo augescere, sexu discerni, coalescere cum alia possit, illud est a *Fato*, quod Μοῖρα ipsum quoque dicitur, cum suam μοῖραν, partem, sortem, conditionem unicuique assignet. Sic Platoni in Timaeo p. 544, E. & Heraclidi Pontico de alleg. Homeri p. 432 cerebrum est μοῖρα divinae animae, medulla spinalis μοῖρα est animae mortalis. Apud eundem Cratylo p. 263, E, Ἐάν τις ἀγαθὸς ὢν τελευτήσῃ, μεγάλην μοῖραν



ῥαν καὶ τιμὴν ἔχει, καὶ γίνεται δαίμων. *Si quis, qui bonus vir sit, moriatur, ille sortem magnam & honorem habet, cum daemon fiat.* Heraclid. l. c. p. 442 de αἰρέσειον παχυτέρας καὶ δύγες λαχὼν μοῖρας. Utrum fatalis illa μοῖρα sit Necessitas auctori nostro, (quod ne ita sit vereor, cum frequens sit illi etiam ἀνάγκης mentio) an Providentia divina, jam non disputo. Certe Θεσμὸν Ἀδραστείας circa μοῖρας ψυχῶν memorat Plato Phaedrop. 345, E qui locus alioquin etiam valde ad rem nostram accommodatus est. Ceterum hic in eo praeferim inest μοῖρα illa, & vim suam habet, quem locum quaeque anima nanciscatur, a quo scilicet reliqua pendeant; licet alioquin aliam quoque circumstantiam omnem complectatur, & universam conditionem, naturamque adeo rei designet. Nempe ut non vivunt insecta, nisi quorum ova illis imposita sint locis, ubi alescere possint & excudi; ut μοῖρα visci est, semen ejus digeri in alvo turdi, & in rima corticis quercus deponi: ita nostrae ψυχᾶς sic nanciscuntur μοῖραν hominis, si in humano corpore, in quod assumtae sunt, commodum latis locum (secundum Timaeum medullam cerebri vel spinæ dorsi) fato nanciscantur. Pertinet huc locus de Diaeta 1, 18 qui volentibus rem omnem magis declarabit.

VIII.

Animae adhuc descriptae igitur, sive Animalcula, viros pariter & feminas subeunt, in eorumque vasis generationi dicatis augescunt, ita quidem, ut corpus jam nancisci & habere adeo dicantur, & sexum, cujus scilicet membra discernentia, quantum ad prima stamina & conformationem ge-



neralem eadem, a diverso deinde nutritionis & vitus genere diversimode evolvuntur & explicantur.

In ψυχῇ, ante quam corpus intravit, nondum est sexus. Nam c. 21, 2 ubi de coalitu animalium seminalium utriusque sexus loquitur, Ἡ μὲν ψυχὴ inquit, τὸ αὐτὸ πᾶσι τοῖς ἐμψύχοις, τὸ δὲ σῶμα διαφέρει ἐκάστῃ. Eandem, ejusdem naturae, Animam dicit esse omnibus ejusdem classis vel ordinis animatis, corpus autem unuscujusque differre. Corpus illud secundum μοῖραν suam accipiunt. C. 8, 10 postquam fato suo irrepsisse dicuntur in hominem animae, additur, ταῦτα δὲ τὰ θήλεα καὶ ἄρσενα καὶ πολλὰ καὶ παντοῖα τρέφεται. τρέφεται δὲ καὶ αὐξεται διαίτῃ τῇ περὶ τὸν ἄνθρωπον, c. 19, 14. Τὰ δὲ θήλεα πρὸς ὕδατος μᾶλλον ἀπὸ τῶν ψυχρῶν καὶ ὑγρῶν καὶ μαλθακῶν καὶ σίτων καὶ ποτῶν, καὶ ἐπιτηδεύμάτων τὰ δὲ ἄρσενα πρὸς πυρὸς μᾶλλον, ἀπὸ τῶν ξηρῶν κ. τ. λ. Animalcula illa feminina fiunt a diaeta frigidiuscula & humidiuscula, masculina contra. Hinc efficit c. 20, ut qui mares generare velint vir & mulier, calida & sicca diaeta utantur, & contra. Ab illa prima igitur nutritione in corpore humano (speciatim in medulla spinali, si cum Timaeo sentit) arcessit Anima corpus & in eo sexum. De hoc statu agitur, illa nutritio animarum quoad corpuscula sua describitur c. 9, & f. 9 additur, ea cum jam nutrita sint ad maturitatem, foras niti, ἐναμίβει ἐς τὴν ἔξω χώραν, θήλεα τε καὶ ἄρσενα. A nutrimentis, inquam, in sanguine, (in medulla illa spinali) assumptis, illud, quod corpus vocatur, & cum eo sexum accipiunt, & sic in συνουσίᾳ, ut mox videbimus, excernuntur. Hic modo adjicimus locum Hermetis, quicumque ille sit, apud Stobaeum Ecl. Phys. p. 126 med. ubi interroganti Horo, *Quomodo fiant Animae masculinae vel femininae?* Isis, responderet.

Αἱ ψυχαὶ -- ὁμοφυεῖς εἰσιν -- ὅτε ἄρρενες ὅτε θήλειαι, ἡ γὰρ ταύτη
 διάθεσις ἐπὶ σωμάτων γίνεται, καὶ ἐκ ἐπὶ ἀσωμάτων. *Ejusdem
 naturae, inquit, sunt Animae, neque mares neque feminae,
 haec enim dispositio & conformatio in corporibus tantum existit,
 non in his quae carent corpore.* Unde igitur est sexus? Pergit,
 Ἡ δὲ διαφορὰ -- ἡ ἀήρ εἰσιν -- ἐν ᾧ πάντα γίνεται. Ἀήρ δὲ ψυχῆς εἰσιν
 αὐτὸ τὸ σῶμα, ὃ περιβέβληται, ὅπερ στοιχείων (sic leg. non στοιχείων)
 ἐστὶ φῶς, γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ ἀέρος, καὶ πυρός. *Differentia
 sexus est ab aëre, in quo fiunt omnia.* Porro Aër quidam Ani-
 mae est ipsum corpus, quo velut vestita est, mistura elementorum.
 Cui illud de Aëre nimis paradoxon videtur, ille primum hoc
 cogitet, inopiam sermonis etiam hic peperisse ambiguitatem,
 in iis praesertim rebus, de quarum natura & notione non latis
 constaret vel conveniret. Satis itaque habebant, Metapho-
 ra & similitudine qualicunque signare quod volebant, cum ita
 nomen ipsum pro qualicunque definitione esse posset. Nescio
 an plus explicent, vel ad summam rerum proficiant hodie,
 qui dum suam cuique nomini vim definitam & perpetuam as-
 signatum eunt, non sentiunt, pactum illud, quo tenentur ta-
 cito linguae, a se violari, & multo maiorem saepe rebus
 ipsis confusionem inferri. Sed redeamus ad Aëra illum
 Hermeticum. Non tantum significatur eo nomine ele-
 mentum ab igne proximum: sed apud poëtas etiam, Ho-
 mero duce, nebula illa, qua pro velo utuntur ΔΙ, cum
 vel se vel amicos suos conspectui hominum volunt subdu-
 cere. Vid. Lacerda ad Virg. Aen. I, 411. Et ad §. II. ob-
 servavimus in Orphicis ἠέριον & ἀφανῆ poni eodem intellectu.
 Secundum haec *Corpus est animae pro Aëre, pro velamento,*
quo involuitur: & constat alioquin corpus ex illis quatuor e-
lementis inter se permistis, in quorum numero etiam Aër
est. Et quoties etiam qui valde sunt ἐνδυρσθήμονες, Aëris ap-
 pellatione intelligunt non illud elementum, quod cogitari
 magis potest, quam separatim & suae tantum naturae ostendi;




verum mistam illam elementorum omnium, farraginem, quam spiritu ducimus? Maneat illud, corpus accipiunt in vasis generationi dicatis ψυχῶν, & cum corpore accipiunt sexum. Aliter *Apelles haereticus* apud Tertull. de Anima c. 36 *ante corpora constituens animas viriles ac muliebres, utique carnem, ut posteriorem, ab anima fecit accipere sexum.* Ceterum τρέφειν τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ αἵματος, a sanguine ali animam, Pythagorae etiam vox fuit apud Diog. Laërt. 8, 30: sexum autem a diverso diaetae & alimoniae genere oriri posse, illis forte absurdum videri non debet, si qui supersunt ejus disciplinae, cui placebat, membra generationis utriusque sexus prima & simplici sua deformatione non differre, ut adeo diversa evolutio (sic enim loquuntur) a causis alimentorum, & victus genere arcessi queat.

VIIII.

Quo quis plures id genus animas alit in suo corpore, eo ipse est robustior & conversim.


Diserte hoc traditur c. 18, 18 ubi instituta comparatione cum Dynastis, quorum, ut quisque plures homines alit, eo est potentior, dicitur eodem modo ἕκαστα τῶν σωμάτων ἐκὼν πλείους δύναται ψυχὰς τρέφειν, ταῦτα ἰχυρότερα, ἀπελθόντων δὲ ἀδυνάστερα. Conveniunt haec cum priscis vel opinionibus vel observationibus, quum medullis, in quibus habitant Animae, & qui inde ducuntur, nervis, robur omne & vires adscribunt, quum Herculem etiam apud mulieres fuisse Herculem narrant: quum Pythagoras apud Laërt. 8, 9 interroganti, Quando rebus Venereis utendum sit? respondit, Quoties quis se ipso imbecillior vellet fieri &c. Illud quidem saepius quam opus est, audimus, illum vel illum ab immodica libidine & Venere justo frequentiore exhaustum, enervem, languidum, inertem




ertem, & imbecillum esse, effectum corpus ante senectutem habere e. i. g. a.

X.

In *συνεσσία* & Veneris congressu ex utriusque *τῶν συνεσσιάζοντων* vasis excernuntur & profiliunt plures Animae iam auctae ac maturae, & sexu discretæ, verbo, Animalcula veri nominis plura. Hic si in illo ipso motu vehementiore fato quodam in se invicem irruant & concurrant animalia duo harmonian quatuor qualitatum (*τετρακτὸν* Pythagorae) habentia, uniuntur ipsae Animae, ut in posterum una sit e duabus, unum animal, unus homunculus sit, praevalente nunc virunculo, qui masculini corporis hospes fuerat, nunc ex eodem diversorio femella; nunc mare e muliebri corpore excreto, nunc femina e masculino, & quae alia varietas esse potest: augescente semper alterius sexus corpusculo, alterius autem evanescente, & aliam sortem exspectante. Opus est autem, ut iudicat novus talis, commistus ex duobus, homuncio in locum uteri muliebris satis ficcum, in quo igniculus ille Animarum a fluctibus invalescentibus non opprimatur. Nutritur deinde parvulus fetus alimentis matris, & pro diversa illius diaeta naturam diversam accipit.



Commistione & coalitu vel diversi vel eiusdem sexus animalium constat tota theoria auctoris, quam ponit a capite inde 20. Decerpamus hic pauca. Negat primo unum alterutrius coëuntium animalculum satis ignis, caloris, motus, habere ad evincendos fluctus uteri. *ὁκόταν δὲ (addit f. 9) κατὰ τ' αὐτὸ ἀμφοτέρω συμπεσόντα τύχη, περιπίπτει πρὸς ἄλληλα, τὸ πῦρ τε πρὸς τὸ πῦρ, καὶ τὸ ὕδωρ ὡσαύτως. ἦν μὲν ἔν ἐν ξηρῇ τῇ χώρῃ περικινέεται, κρατέει τὸ ζυγεμπεσόντος ὕδατος, κ. τ. λ.* Cum contingit, ut in idem punctum uteri incidant utrinque animalcula, irruunt in se invicem, ignis ad ignem similiterque aqua. Jam si in sicca regione ita circumagantur, evincunt illapsum una humorem &c. Et c. 21, 1 *Ἑνίστασθαι δὲ δύναται καὶ τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρσεν πρὸς ἄλληλα, διότι ἡ μὲν ψυχὴ τὸ αὐτὸ πᾶσι τοῖσι ἐμψύχοισι, τὸ δὲ σῶμα διαφέρει ἐκάστω.* Consistere ad unum fetum constituendum possunt semina ♂ mas, cum anima eadem sit in animatis omnibus, corpus vero, in quo inest sexus, unius cuiusque differat. Deinde 21, 9 *Ἦν μὲν ἔν ἄρσεναι τὰ σώματα ἀποκριθέντα ἀμφοτέρων τύχη, αὐξεται κατὰ τὸ ὑπάρχον, καὶ γίνονται ἔτι ἀνδρες λαμπροὶ τὰς ψυχὰς, καὶ τὸ σῶμα ἰχυροί, ἢν μὴ ἀπὸ διαίτης βλαβῶσι τῆς ἐπειῆα.* Si contingat uti corpuscula utraque, quae jam coaluerunt, tum ejus animalculi, quod vir excrevit, tum quod femina, masculina sint, crescunt pro praesenti copia in utero matris, ♂ fiunt illi viri splendidi animis, ♂ corpore robusti, nisi a succedente victus ratione laedantur. Deinde aliam speciem persequitur, si a viro excernatur virilis sexus animalculum, feminini a femina &c. Et satis decretorie pronunciat, *Εἰ δὲ τις ὀπίσσει ψυχὴν μὴ προσμίσγεσθαι ψυχῇ, ἀφρων ἐστίν* insipientiae damnat, si quis neget, animae admisceri animam: totumque hoc illustrat similitudine prunarum accensarum diversae soliditatis, quarum, si jungantur, ignis perfecte miscetur, dum consumpta & in cineres resoluta materia, ipse quoque ignis dilapsus visum effugiat, Coalitum




tum talem posuit etiam Democritus apud Aristotelem de Generat. Animal. 4, 4 pr. causam monstrorum, *Γίνεσθαι τὰ τέρεα διὰ τὸ δύο γοναὶς πίπτειν τὴν μὲν πρότερον ὀρμήσασαν, τὴν δ' ὕστερον—ὥστε συμφύεσθαι καὶ ἐπαλλάττειν τὰ μόρια*. Sed ipse Aristoteles l. c. 1, 18 p. 1058, C, negat fieri posse, quod affirmet Empedocles, *συμφύεσθαι ζῶα in utero*, ut unum fiat.

II. Quod de altero corpusculo pereunte dictum est, sumtum ex 21, 21 sq. *τὸ δὲ σῶμα τὸ μὲν ἄρσεν αὐξέσθαι, τὸ δὲ θῆλυ μειῖσθαι, καὶ διακρίνεσθαι εἰς ἄλλην μοῖρην*. Meminisse debemus, illud quod σῶμα vocat, in quo lexis est, assumtum demum in parentum vasis, quumque in perpetuo fluxu sit, post illum concurlum & conceptum posse partes non adhibitas ad hunc coalitum perire, id est minui, dissipari, aliam sortem accipere; illas primigenias ψυχὰς vero coalescere posse instar ignis; perire plane ac dissipari, vt ψυχὰς esse definant, non posse.

III. Quod de loco sicco uteri positum est, in quo solo alescere possunt illa animalcula, videtur illud addi debere his, quae de anima sicca Heracliti copiose atque erudite disputantur Miscellanear. observationum Burm. Vol. 5 To. 3 p. 42 sqq. Neque his repugnant, quae Heraclito tribuit Porphyrius, de Antro Nymphar. p. 117 Barnes. *ψυχῇσι, τέρεσιν ὑγρῇσι γενέσθαι*, nempe de illa earum μοῖρα loquitur, cum ad generationem eunt, & corpus assumunt: ibi enim pars illarum diviniore, ignea, velut humescit, humorem sibi adsciscit &c. Alioquin mortem animarum esse aquas in hac philosophia & Stoica, notum est.

IV. Ceterum illa commistio animarum, ille corpusculorum coalitus fieri non potest, nisi sub ea conditione, si factio convenient duae Animae, quae Harmonian i. Symphonian habeant quatuor qualitatum. Dicit hoc auctor c. 9, 11 Cum descri-



descripisset illam mutationem, quam ψυχὰς ἢ ζῶα, quum ex aëre irrepere in homines utriusque sexus, subeunt, ὁκόλερα, ait, ὃ ἦν ἐμπλήρη τὴν πεπερωμένην μίσην, ταῦτα διακρίνεται πρᾶτα, καὶ ἅμα συμμίσγεται -- τυχόντα ἀρμονίης ὁρῶς ἐχέσης συμφωνίας τρεῖς. *Quaecunque animalia implevere sortem & conditionem fato illis assignatam, ea prima separantur & e nido suo, e vasis seminalibus, secedunt, ac simul commiscuntur cum altero animalculo a compare in Veneris illa pugna excussio, nata si fuerint harmonian recte habentem tres consonantias.* Est locus ille ceteroquin vel obscurus, vel corruptus adeo, e quo tamen illud manifeste colligitur, vt in annotatione ostendi, requiri ab auctore ad coalitum Animarum, quas vocat, Harmonian inter quatuor illas qualitates humidum, siccum, calidum, frigidum, similem tribus consonantiis musicorum in quatuor tonis unius octavae V. G. C E G c. Quantus hic campus esset de illa *Harmonia Veneris*, uti vocat etiam Lucretius 4, 1242, de Tetracty Pythagorae, & Musicis rationibus atque numeris, ad conceptus humani negotium & Psychogonian accommodatis, disputandi? Sed in praesens satis fuerit posuisse illud Macrobiani in somn. Seip. 1, 6 p. 24 *Animam ex Symphoniis quoque Musicis constitisse, nullus sapientum dubitavit.* Ergo nec mirum, si talia docuerunt vel Heraclitus, vel Hippocrates. Ad hanc Harmonian referendae gemmae antiquae, in quibus *Tetrachordon* hujus Harmoniae symbolum esse, mihi non est dubium (Vid. quae infra in Corollario de *Tetrachordo* dicentur).

V. Nec injucundum est obseruatu, *Harmonian* in fabulis *Martis* ac *Veneris* filiam dici, h. e. *Contentionis & Amoris* s. *concordis illius discordiae*, unde omnia hic etiam arcescit Heraclitus. Atque ipsa illa sententia, quae Aristoxeno vulgo tribuitur, sed antiquior illo est, quae animarum naturam ipsam harmonian facit, forte ex illa Heraclitica traxit originem.

nem. De illa sic disputatur apud Platonem Phaedro p. 388, Β' Ὅτι τοῦτο τι μάλιστα ὑπελάβομεν τὴν ψυχὴν εἶναι ὥσπερ ἐντεταμένης τῷ σώματος ἡμῶν, καὶ συνεχομένης ὑπὸ θερμῆς καὶ ψυχρῆς, καὶ ξηρῆς καὶ ὑγρῆς. καὶ τοιούτων τινῶν κρᾶσιν εἶναι, καὶ ἀρμονίαν αὐτῶν τέτων, τὴν ψυχὴν ἡμῶν. Corporis illa secundum quatuor qualitates harmonia ac temperatio, intentioni harmonicae quatuor in tetrachordo chordarum similis, animam constituere illis videbatur. Igitur animam non in praedicamento Substantiae ponebant, sed Relationis. Heraclito, certe auctori de Diaeta, modo ad hoc opus est illa harmonia, ut duae animae a patre altera emissae, altera a matre, coalescant, & una fiat ex duabus.

XI.

Cum secundum hanc philosophiam nihil pereat simpliciter (quod patet ex his, quae ad §. I-III dicta sunt) separatae per eam, quae mors & corruptio vulgo vocatur, a corporea mole Animae in statum priorem, in Haden, ubi oculos fugiunt & sensus reliquos, rediguntur, novam sortem expectant, & fato subeunt. Quae videtur si non ipsa illa Pythagorae μετεμψύχωσις, certe valde ei cognata, a qua neque alienus fuit Heraclitus.

Fuisse hanc Heracliti sententiam, ostendit vox illius de Animabus apud Porphyrium de antro Nymphar. p. 117 pr. Barnes. ζῆν ἡμᾶς ἐκείνων θάνατον, καὶ ζῆν ἐκείνας τὸν ἡμέτερον θάνατον, vivere nos illarum mortem, vivere illas nostram, quod nihil est aliud, quam Animam illa sua sorte, qua in hominem intrat, ibique assumpto corpulculo & sexu augetur, ac deinde




in generatione cum alia anima coalescit, & in utero matris augetur, mutari in hominem, eoque ipso illam pristinam vitam amittere, id est, mori; hominis vero mortui Animam, qua igneae naturae est, discerni a crassiore illa corporis mole, & in priorem illam & primigeniam conditionem redigi, (atque adeo ad illud vitae genus renasci,) in qua conditione denuo ut animalia reliqua ita etiam hominem cum spiritu irrepere, & novam subire mortem, h. e. mutationem status sui, possit. Hanc Heracliti sententiam expressit Euripides apud Sext. Empir. Pyrrh. Hypot. 3, 24 l. 229 ubi vid. Fabric. it. Barnes. p. 490. Τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστὶ κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν; *Quis novit, utrum quod vivere nos vocamus, sit mori, quod autem mori nos dicimus, illud potius sit vivere vocandum.* Noster denique Hippocrates, seu quisquis est, c. 6, 5 Γενέσθαι καὶ ἀπολέσθαι τὸ αὐτὸ. ὁμιγεῖν καὶ ἀποκριθῆναι τὸ αὐτὸ. γενέσθαι ὁμιγεῖν τὸ αὐτὸ κ. τ. λ. In quibus non eo usque insanit, ut notiones horum verborum diversas esse vel contrarias adeo negaret, affirmaret *idem* omni respectu esse *nasci* & *interire*, *misceri* & *secerni*, *nasci* & *misceri*: sed hoc dicit, pro illa perpetua pugna rerum, & fluxu quem efficit, (vid. §. III & IIII) uno eodemque tempore haec omnia, respectu tantum diverso, fieri, ut unius ortus sit alterius interitus, & conversim finis & interitus unius status sit initium & ortus alterius in quem transitus fiat. Conf. locus Theodoretī, quem dedimus ad §. VI. Nec displicuit illa imago poëtis Latinis. Silius Ital. 13, 558 de extrema inter decem inferorum portas,

*Hac animae caelum repetunt, ac mille peractis
Oblitae ditem (αἰδὴν) redeunt in corpora lustris.*

Claudia. de Raptu Prof. quem supra citavimus, 1, 61 *Certisque
ambagibus aevi Rursus corporeos Animae mutantur in artus.*

II. Illud quod de μετεμψυχώσει Pythagorica dixi, cum aliquo velut temperamento accipiendum est. Nam istam vulgo ita accipiunt (quam recte, nunc non disputo, qui praesertim doctum Irhovii de Palingenesia opus nondum satis cum cura examinaverim) ut Animae, quae hominem animaverat, etiam transitus detur ad corpus bruti animalis animandum. Ita Empedocles apud Laërt. 8, 77 fuit puer, puella, frutex, avis, piscis. At illud auctori de Diaeta non placet. Nam. c. 8 pr. Διὰ τῆτο, inquit, ἀνθρώπου ψυχὴ ἐν ἀνθρώπῳ αὐξάνεται, ἐν ἄλλῳ δὲ ἔδενι, καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὡσαύτως, *Non potest nisi in humano corpore Anima hominis alescere, similiterque animalium reliquorum.* Intrant quidem aëri permista illa Animalcula primi gradus in omnia omnium spirantium corpora, partem sanguinis & humorum constituunt, sed non alescunt in animal secundi gradus, corpusculum cum sexu non assumunt &c. nisi in sui generis & temperamenti animante. Sic etiam ille apud Stobensem Hermes Ecl. Phys. p. 129 pr. Ἄλλο γὰρ σῶμα ἔχωρεῖ ἀνθρωπίνην ψυχὴν, ἔδὲ θέμις ἐστὶν εἰς ἀλόγε ζῷο σῶμα ψυχὴν ἀνθρωπίνην καταπεσεῖν· θεὸς ὁ νόμος φυλάσσει ψυχὴν ἀνθρωπίνην ἀπὸ τῆς τοιαύτης ὕβρεως, *Aliud corpus haud capit animam humanam, neque fas est in irrationalis animantis corpus animam humanam delabi. Dei lex custodit animam humanam a tali contumelia.* Non vacat modo disquirere, quomodo conciliari ista cum iis possint, quae proxime praecedunt: neque dispicere, an forte Pythagorea & Empedoclea sive Metempsychosis s. Metemtomatosis s. Palingenesia, in concordiam cum his queat reduci. Illud in praesens sufficit, non insolens neque inauditum esse dogma illud, quod hic propositum est, neque ab Heracliti rationibus abhorrere. Falsum esse, quatenus iis repugnat, quae de mortuorum resurrectione summus nos magister docuit, nemo Christi discipulus potest dubitare.



*

*


*

Jam debebam ponere corollarium, quod promisi in fine Praefationis, & comparare Heracliticum hoc & Hippocraticum systema cum sententiis eorum, qui patrum vel nostra aetate de iisdem rebus philosophati sunt. Sed contineo me sciens, memor Philologicam classem Societatis nostrae me ornare jussu, non Physicam. Itaque potius judicium deferam ad illam quondam ingeniorum CHRISTINAM reginam, cujus libera vox refertur a praestantissimo illius praecone Ill. Arkenholzio. * Non dubitavit nempe illa dicere, *antiquas delirationes certe non minoris esse debere, quam novas!* Sed dabo aliud, idque magis conjunctum cum professione nostra, nempe primo de ipso Hippocratis libro partem eam, quae istam de Animabus vel doctrinam vel hariolationem continet, nostra interpretatione olim quidem illustratam; sed quae pro inedita potest haberi, cum pro ratione talium libellorum, & conditione, quae tum erat Academiae nostrae, in paucissimorum manus pervenerit; taceo, quod pluscule postea observandi occasio fuit: deinde corollarium ponam de repraesentatione animae humanae sub imagine papilionis.

* Memoir. concernant Christine &c. T. I p. 345 ex Memoir. de Motteville T. I p. 389 Christine n'

a pas fait difficulté de dire -- que les sages anciennes valaient bien les nouvelles.





HIPPOCRATES

De Diaeta 1, 4 *seqq.* [Charterio C. III.]

Ευνίσταται μὲν οὖν τὰ ζῶα τάτε ἄλλα πάντα καὶ ὁ ἄνθρωπος,
 ἀπὸ δυοῖν, ² διαφόροις ³ μὲν, τὴν δύναμιν, ⁴ συμφόροις δὲ,
 τὴν χρῆσιν, ⁵ πυρὸς λέγω καὶ ὕδατος. ⁶ ταῦτα δὲ ξυναμφοτέρα
 αὐτάρκεά ἐστι, ⁷ τοῖσί τε ἄλλοισι πᾶσι, ⁸ καὶ ἀλλήλοισιν. ⁹ ἐκά-
 τερον δὲ χωρὶς, οὔτε αὐτὸ ἑαυτῷ, οὔτε ἄλλῳ, οὐδενί. ¹⁰ τὴν μὲν οὖν
 δύναμιν αὐτῶν ἐκάτερον ἔχει τοίηδε. ¹¹ τὸ μὲν γὰρ πῦρ δύναται πάν-
 τα διὰ παντὸς κινῆσαι. ¹² τὸ δὲ ὕδωρ πάντα διὰ παντὸς θρέ-
 ψαι.

Consistunt animalia tum reliqua omnia, tum homo dua-
 bus rebus, ² potestate quidem diversis, ³ ad *eundem* ve-
 ro usum aliquid conferentibus, ⁴ igne dico & aqua. ⁵ Haec
 ambo *conjuncta* sufficiunt, ⁶ tum aliis omnibus *phaenomenis*
efficiendis & *explicandis*, ⁷ tum sibi invicem & *ad juvandum*
se mutuo, & *ad resistendum ne alterum ab altero pereat*: ⁸ al-
 terutrum vero separatim, neque ipsum sibi *sufficit*, *ad statum*
suum conservandum, neque alii cuiquam *constituendo*. ⁹ Vim
 igitur & *naturam* unumquodque habet istam. ¹⁰ Ignis pot-
 est omnia omni *tempore*, *loco*, *modo*, movere; ¹¹ aqua vero
 omnia

a Διαφόροις - συμφόροις le-
 gunt, quod sciam, omnes: quod
 ut conciliari possit cum praeposi-
 tione ἀπὸ, & cum nominibus πυρὸς
 καὶ ὕδατος, viderint, qui intulerunt
 vel probant. Dualis forma minus
 frequens errandi occasionem dedit.

Nobis videtur linguae suae non im-
 peritus fuisse Hippocrates, vel quis-
 quis est. Placet etiam Cl. Tril-
 lero, qui invenit porro in margine
 Cod. Paris. a recenti manu adscri-
 ptum. Et sic e MSS. Cl. Mackius.



ψαι. ¹² ἐν μέρει δὲ ἐκάτερον κρατέει καὶ κρατέεται, ¹³ ἐς τὸ μήκιστον καὶ τὸ ἐλάχιστον, ὡς ἀνυσόν. ¹⁴ οὐδέτερον γὰρ κρατῆσαι παντελῶς δύναται, διὰ τόδε. ¹⁵ τὸ μὲν πῦρ ἐπεξίον ἐπὶ τὸ ἔσχατον τοῦ ὕδατος, ἐπιλείπει ἡ ^b τροφή. ¹⁶ ἀποτρέπεται οὖν ὁκόθεν μέλλει τρέφεσθαι. ¹⁷ τὸ δὲ ὕδωρ ἐπεξίον ἐπὶ τὸ ἔσχατον τοῦ πυρὸς, ἐπιλείπει ἡ κίνησις [†] ¹⁸ ἴσεται οὖν ἐν τούτῳ. ¹⁹ ὁκόταν δὲ στή, οὐκ ἔτι ἐγκρατές ἐστιν, ἀλλὰ δὴ τῷ ἐμπίπτοντι πυρὶ ἐς τὴν τροφήν ^c καταναλίσκεται. ²⁰ οὐδέτερον δὲ διὰ ταῦτα δύναται κρατῆσαι παντελῶς.

omnia omni *tempore, loco, modo*, alere. ¹² Per vices autem alterum superat & superatur, ¹³ ad maximum *usque gradum*, & ad minimum, quantum ejus *per naturam eorum* fieri potest. ¹⁴ Omnino enim *Ἔ* penitus superare neutrum potest hac de causa. ¹⁵ Ignis ad extremum aquae progressus *eum est, eamque consumsit Ἔ dissipavit*, deficit nutrimentum: ¹⁶ avertitur ergo *alio*, unde nutriatur. ¹⁷ Aqua vero *ubi progressa est ad extremum ignis, eumque suffocavit Ἔ oppres- sit*, motus deficit *ille intestinus, qui fluidum reddiderat*. ¹⁸ Consistit igitur *Ἔ moveri desinit*, in hoc statu *quamdiu est*. ¹⁹ Cum vero constiterit *motus omnis expers*, non jam potens est *ad involuendum Ἔ opprimendum ignem*, sed *ab invadente igne in alimentum consumitur*. ²⁰ Neutrum autem propter haec ipsa,

^b Sic dedere post Charterium Lindenius, & Mack. speramus ex libris: τῇ τροφῇ caeteri. Puto aliquis constructionis illius ignarus, qua pro genitivis consequentiae ponuntur nominativi, vel accusativi, male cohaerere orationem cum existimaret, mutationem intulit.

[†] Puto hoc sibi velle: Aqua cum omni motu destituta est, quem ab Igne admixto habuit, durefcit paulatim in terram, ejusque species & formas, lignum, metalla &c. Haec si denuo aggrediatur Ignis, illa dissolvit.

^c Non quaeritur hic, quam vere ista auctor? & an possimus ima-



λῶς. ²¹ εἰ δέ ποτε κρατηθεῖη καὶ ὁκότερον, οὐδέν ἂν εἴη τῶν νῦν
έόντων ὥσπερ ἔχει νῦν. ²² οὕτω δὲ ἐχόντων, αἰεὶ ἔσται τὰ αὐτὰ,
καὶ οὐδέτερα, καὶ οὐδὲ ἅμα ἐπιλείψει. ²³ τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ τὸ
ὔδωρ ὥσπερ εἰρηταί μοι, αὐτάρκεά ἐστι πᾶσι διὰ παντός ἐς τὸ
μήκιστον, καὶ τοῦλάχιστον ὡσαύτως.


V. Τούτων δὲ προσκίεταί ἑκατέρῳ τάδε· ² τῷ μὲν πυρὶ τὸ
θερμόν καὶ τὸ ξηρόν· ³ τῷ δὲ ὕδατι τὸ ψυχρόν καὶ τὸ ὑγρόν. ⁴
ἔχει δὲ ἀπ' ἀλλήλων, ⁵ τὸ μὲν πῦρ ἀπὸ τοῦ ὕδατος τὸ ὑγρὸν.
ἐνι

*ipsa, quae modo diximus, superari usquequaque potest. 21 Si
vero quandoque superetur, utrumcunque sit, nihil eorum,
quae nunc sunt, tale fuerit, uti nunc se habet. 22 Sic vero
se habentibus rebus, semper erunt eadem, & neutra (neque
ignis neque aqua, ut quae illa mutua actione se conservant)
singulatim, neque ambo simul deficient. 23 Ignis igitur &
aqua, uti dictum mihi est, sufficiunt omnibus omni loco, tem-
pore, & modo, ad maximum & minimum gradum, magnitudi-
nis & durationis, similiter, ut omnia naturae phaenomena inde
possint explicari.*

V. Horum autem utrique ista attributa sunt: ² igni
calor & siccitas; ³ aquae frigus & humiditas: ⁴ habent au-
tem a se invicem, ⁵ ignis quidem ab aqua quod fluidus est;
6 est

imaginari, aquam adeo exaruisse a
frigore, ut motu omni intestino in
posterum destituta & rigida, in
flamen V. G. aut sarmentum red-
acta cremari ab igne possit? Sed
quid verba sibi velint, declarare
studuimus. Sunt hic in eo genere
plura, ut mox, cum ignis ab aqua
hoc dicitur habere, quod sit flui-

dus: quod contra esse, nemo ho-
die ignorat. Nempe periculosum
semper fuit, systema facere, qua in
via serius ocus, recto itinere, aut
per ambages, in errores incidere
naturae venatorem, tot, puto, ex-
perimentis quot exemplis declara-
tum est.



6 ἔνι γὰρ ἀπὸ τοῦ ὕδατος ὑγρότης. 7 τὸ δὲ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ πυρός, τὸ ξηρόν. 8 ἔνι γὰρ ἐν ὕδατι ἀπὸ τοῦ πυρός ξηρόν. 9 οὕτω δὲ τούτων ἔχόντων, εἰς πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἰδέας ἀποκρίνονται^d ἀπ' ἀλλήλων καὶ σπερμάτων, καὶ ζώων, ¹⁰ οὐδὲν ὁμοίων ἀλλήλοισιν, οὔτε τὴν ὄψιν, οὔτε τὴν δύναμιν. ¹¹ ἅτε γὰρ οὐποτε κατὰ τὸ αὐτὸ ἰσταμένων, ἀλλ' αἰεὶ ἀλλοιούμενων ¹² ἔπειτα^e καὶ ἔπειτα, ἀνόμοια ἐξ ἀνάγκης γίνεται καὶ τὰ ἀπὸ τούτων ἀποκρινόμενα. (C. IV. Chart.) ¹³ Ἀπόλλυται μὲν οὐδὲν ἀπάντων χρημάτων, ¹⁴ οὐδὲ γίνεται, ὅ, τι μὴ καὶ πρόσθεν ἦν. ¹⁵ Συμμισγόμενα δὲ καὶ

6 est enim ab aqua fluiditas: 7 aqua autem ab igne siccitatem; 8 est enim in aqua ab igne *quiddam* siccum. 9 Ita vero cum se habeant, in multas & varias formas abeunt, & feminum & animalium, 10 nihil inter se similitum nec specie nec potestate. 11 Quatenus enim nunquam in eodem *gradu s. statu* consistunt *aqua & ignis*, sed semper mutantur 12 subinde ac subinde; dissimilia necessario fiunt etiam, quae ab his excluduntur. 13 Perit quidem nihil rerum omnium, 14 neque nascitur *quidquam*, quod non prius *jam* fuerit: 15 sed per-

d Ad verbum, *separantur a se invicem & fecernuntur*: sed planius putavimus, & ad intelligendum facilius verbum *abeunt*. Mox §. 12 reddidimus τὰ ἀποκρινόμενα, quae excluduntur, eadem causa: illa enim *separationis & secretionis* notio, verebatur, ne rem jam satis per se abstrusam obscuraret. Caeterum illud εἰς est ex quibusdam MSS. apud Foef. & Charter. it. Mack.

e Sic optima & pleraque exemplaria: alia alterum ἔπειτα omittunt: γίνεται etiam in quibusdam exemplis esse testatur Foefius, pro vulgato γίνεσθαι, ac dedit γίνεται etiam Charterius. Quod autem non post ἀλλοιούμενων, sed post ἔπειτα incidimus, sententiae a nobis datum est, quam sic clariorem fieri putabamus.



καὶ διακρινόμενα, ἀλλοιοῦται. ¹⁶ νομίζεται ^f δὲ παρὰ τῶν ἀν-
 θρώπων, ¹⁷ τὸ μὲν ἐξ ἄδου ^{ff} εἰς Φῶς ἀνζηθὲν, γενέσθαι ¹⁸
 τὸ δὲ ἐκ τοῦ Φάεος εἰς ἄδην μειωθὲν, ἀπολέσθαι. ¹⁹ ὁφείλοισι
 δὲ δεῖν ^ε πιστένεσθαι μᾶλλον, ἢ γνώμῃσιν. ²⁰ ἐγὼ δὲ τάσιν, νόμῳ
 ἐξη-

permixtione & discretione immutantur. ¹⁶ Consuetudine au-
 tem hominum ¹⁷ nasci dicitur illud, quod ex statu & classe
 visum (*ob parvitatem vel alias caussas*) effugientium tantum
 auctum est, ut in lucem ^ε conspectum veniat: ¹⁸ quod au-
 tem ex luce modo descripta ad invisibilitatem usque imminu-
 tum est, dicunt perire; ¹⁹ oculisque ea in re credendum po-
 tius, ajunt, quam sententiis & argumentis philosophorum.
²⁰ At ego ratione & argumentis ea persequor. ²¹ Animantia

^f Νόμος, νομίζεσθαι, νομοθε-
 τεῖν ad loquendi illam ex consuetu-
 dine legem ^ε normam passim re-
 fert Hippocrates, v, g. mox 6, 10
 it. 12, 11, ac de nat. hum. f. 18, 3, 6
 Linden. αὐτὸν ἄνθρωπον τὸν ἀνθρώπον
 εἶναι, καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ
 φύσιν κ. τ. λ. v. Foef. Oecon. h.
 v. De arte f. 1, 3, 4 νομοθετή-
 ματα, opposita βλασφήμασι, sunt
 impositiones nominum. Sic apud
 Platonem in Cratylo p. 209, F Lae-
 mar. frustra sollicitatur νομοθέτης,
 & ὀνομοθέτης substituitur, cum
 saepe ita & Plato & Hippocrates
 loquantur. Sic de sententia De-
 mocriti νόμῳ γλυκὺ, καὶ νόμῳ πι-
 κρὸν κ. τ. λ. ἐτεῖν δὲ, h. e. ἀλη-
 θεία, ἄτομα καὶ κενόν, V. Sext.

Empir. advers. Log. 1, 135 & P. H.
 1, 213. it. Galen. de Elem. 1. 2.
 Add. Diog. Laërt. 9, 45 & 72.
 Possunt haec prodesse ad lucem
 Hippocratis apud Cl. Bruckerum p.
 1226.

^{ff} Nimirum ἄδης (sic Basil.
 & congruit etymon atque ratio Io-
 nica; non ἄδης) hic vim & ori-
 ginem vocis servat, quasi αἰδής, in-
 visibilis. Qui orcum ponunt inter-
 pretes, intelligi, nisi post interpreta-
 tionem, non possunt. Caeterum hinc
 intelligitur, quid sibi voluerit apud
 Laërtium Diogenem 8, 14 Pytha-
 goras, cum se ἐξ αἰδέω παραγεγε-
 νῆσθαι εἰς ἀνθρώπους, dixit.

^g Sic legendum pro vulgato
 δεῖ



ἐξηγέομαι. †. 21 ζῶα γὰρ κακείνα, 22 καὶ τάδε. 23 καὶ οὔτε τὸ
ζῶον ἀποθανεῖν οἶόν τε μὴ μετὰ πάντων. 24 καὶ γὰρ ἡ ἀποθανεῖται.
25 οὔτε τὸ μὴ ὄν γενέσθαι, 26 μὴ ὄντος ὅθεν παραγενήσεται. 27
ἀλλ' αὖξεται πάντα καὶ μειοῦται ἐς τὸ μήκιστον καὶ ἐς τὸ ἐλάχισ-
τον, τῶν γε δυνατῶν.

VI. (C. V. Chart.) Ὅ, τι δ' ἂν διαλέγωμαι γενέσθαι,
καὶ τὸ ἀπολέσθαι, 2 τῶν πολλῶν ἐνεκεν ἐρμηνεύω. 3 ταῦτά δὲ καὶ
συμ-

tia enim tum illa quae non videntur, 22 tum haec in lucem pro-
lata: 23 neque fieri potest, ut pereat unum animal, non cum
omnibus, i. e. nisi una tota natura rerum pereat, vel igni su-
perante, vel aqua: 24 quorsum enim moriatur? i. e. quor-
sum morte abeat? 25 neque id, quod non est, nasci potest,
26 cum non sit, unde aesse possit. 27 Sed augentur omnia
& minuuntur, ad maximum usque incrementum, & ad mini-
mum decrementum eorum, quae esse possunt.


VI. Quid autem dicam & intelligam verbis nasci & in-
terire, 2 multitudinis causa interpretabor. 3 Eadem autem
dico

δεῖ, jam Zwingerus vidit & alii
interpretes, & probat contra omnia
exemplaria Foësius: & necesse est,
nisi intra tria verba sibi planissime
contradicere scriptorem volumus.

† Heraclitica plane sententia.
V. Sext. Emp. contra Math. 7, 126
ubi inter alia, Κακοὶ μάρτυρες ἀν-
θρώποισιν ὁφθαλμοὶ καὶ ὦτα βαρ-
βάρες ψυχὰς ἐχόντων.

h Interpretati sumus ac si le-
gatur καὶ. Vox Ionica, pro πῆ
usurpata Herodoto etiam, facile in
καὶ abiit. Nihil nobis videbatur

certius. Caeterum a vulgata jam
discessit Cornarius, qui veterit,
Etenim unde moriatur? quasi le-
gatur καὶ γὰρ ὅθεν ἀποθανεῖται;
idque annotaverat Foësius; unde
acceptum illud ὅθεν in contextum
sine animadversione recepit Char-
terius, it. Mack. Praefert hoc καὶ Cl.
Trillerus suae conjecturae ἐκῆ. Ta-
le quid vidit etiam, qui in Cod.
Caes. ap. Mack. dedit πῆ. Sed
πῆ, quod idem est quod καὶ, jam
volebat Cornar. apud Zuingerum.




συμμίσγεσθαι καὶ διακρίνεσθαι δηλῶ. 4 ἔχει δὲ ὧδε. 5 γενέσθαι καὶ
 ἀπολέσθαι τὸ αὐτό. † 6 συμμιγῆναι καὶ διακριθῆναι τὸ αὐτό. 7 γενέ-
 σθαι, συμμιγῆναι τὸ αὐτό. 8 ἀπολέσθαι, μειωθῆναι, διακριθῆναι
 τὸ αὐτό. 9 ἕκαστον πρὸς πάντα, καὶ πάντα πρὸς ἕκαστον τὸ αὐτό. 10
 ὁ νόμος γὰρ τῇ φύσει περὶ τούτων ἐναντίος. 11 χωρὶς δὲ πάντα καὶ
 θεῖα καὶ ἀνθρώπινα ἄνω καὶ κάτω ἀμειβόμενα. 12 ἡμέρη καὶ ἐν-
 φρόνη ἐπὶ τὸ μέγιστον καὶ ἐλάχιστον. 13 ὥς καὶ τῇ σελήνῃ τὸ μέγι-
 στον

dico esse etiam misceri & secerni. 4 Res vero ita habet. 5 Na-
 sci & interire, *diversa relatione & respectu*, idem sunt: 6 com-
 misceri & secerni idem: 7 nasci, commisceri idem: 8 in-
 terire, minui, secerni idem. 9 Unumquodque *singulatim* ad
 omnia, & omnia ad unumquodque *singulatim relata* idem sunt.
 10 Lex & *consuetudo loquendi* naturae in hisce adversatur. 11
 Praeter haec autem divina omnia & humana sursum deorsum
 vices mutant. 12 *Verbi causa* dies & nox ad longissimum
spatium crescunt per vices & minuuntur ad brevissimum: 13
 Sicut

† Heraclitica et ista. Vid. V.
 G, Sext. Empir. adv. Math. 9, 337.
 Praesertim Pyrrh. 3, 230 & ibi
 Fabric.

i ἀμειβόμενος in omnibus
 MSS. invenit Foësius, & Trille-
 rus, sicque editum etiam Basileae,
 &c. nec aliter in Charteriana. Et
 blandiebatur nobis ea lectio, quod
 referri posse videretur ad illam lo-
 quendi legem, quae summa inis
 non nunquam permutat & miscet.
 (Sic Cl. Trillerus conjecerat ἀμέι-
 βομεν, hoc sensu, nisi consuetu-

do & norma loquendi obstaret,
 nos omnia humana divinaque te-
 mere confunderemus): Sed de-
 inde nimis videbatur manifestum,
 his verbis generalem quandam con-
 tineri propositionem, quae de na-
 turae potius lege atque ordine,
 quam de loquendi consuetudine, a-
 geret, quam illa duplici via ἄνω
 & κάτω solebat indicare Heraclitus.
 Itaque Lindenianam lectionem, ne-
 scio unde acceptam, servavimus,
 Et firmat illam ex MSS. Mack.



στον καὶ τὸ ἐλάχιστον. ¹⁴ πυρὸς ἔφοδος, καὶ ὕδατος. ¹⁵ ἥλιος ἐπὶ τὸ μακρότατον καὶ βραχύτατον. ¹⁶ πάλιν ταῦτα καὶ οὐ ταῦτά. ¹⁷ φάος ζηνί, σκότος ἄδη. ¹⁸ φάος ἄδη, σκότος ζηνί. ¹⁹ φοιτᾷ καὶ μετακινεῖται κεῖνα ὧδε, καὶ τάδε κεῖσε πᾶσιν ὥρην, ²⁰ διαπρησσόμενα κεῖνά τε τὰ τῶνδε, τὰ δὲ ταῦτα κείνων. ²¹ καὶ θ' ἂ μὲν πρήσσουσιν, οὐκ οἶδασιν. ²² ἂ δὲ πρήσσουσι, δοκέουσιν εἰδέναι, ²³ καὶ θ' ἂ μὲν ὁρῶσι ¹, οὐ γινώσκουσιν. ²⁴ ἀλλ' ὅμως αὐτοῖσι πάντα γίνεται δι

Sicut etiam lunae maximum est *lumen*, & minimum. ¹⁴ Ignis accessio *per vices contingit*, & aquae. ¹⁵ Sol ad longissimum terminum a nobis recedit, & redit ad brevissimum. ¹⁶ Rursus eadem diverso tempore & respectu, & non eadem sunt: ¹⁷ Exempli causa, nomen lux interdum idem est quod Jupiter, utrumque autem notat statum eorum, quae sensu nostro possunt percipi; tenebrae idem quod Hades, vel Orcus: utroque autem nomine signatur conditio eorum, quae nondum vel non amplius in sensus nostros incurrunt: ¹⁸ interdum vero permutatis vicibus lux cum Hade, tenebrae cum Jove conveniunt, h. e. ortus unius alterius est interitus & v. v. ¹⁹ Commeant & translocantur illa huc, & haec illuc omni tempore, ²⁰ ac peragunt illa horum, haec illorum munia: ²¹ & quae faciunt non norunt, quippe quae naturae necessitate agant, non consilio; ²² quae autem faciunt videnter scire, tanto ordine, consensu, constantia, ad finem aguntur omnia: ²³ & quae vident, corpora quaedam, non tamen cognoscunt; ²⁴ Sed tamen ab illis fiunt omnia

I Ut sol, qui πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακέει, ut ipsum θερμόν Hippocratis, quod περὶ ἀρχῶν 9, 1, ¹⁴ Lind. δοκέει νοεῖν πάντα καὶ ὥρην καὶ ἀκέειν, καὶ εἰδέναι πάντα

κ. τ. λ. Ceterum ex Heraclito affert hoc Plutarch. de Iside & Osir. p. 370, D. Ἡλίου μὴ ὑπερβήσεται τὰς προσήκοντας ὁρᾷ.

δι' ἀνάγκην † θείην, ²⁵ καὶ ἃ βούλονται, καὶ ἃ μὴ βούλονται. ²⁶ φοι-
τεόντων δ' ἐκείνων ὧδε, τῶν δέ τε κείσε, συμμिशγομένων πρὸς ἄλ-
ληλα, τὴν πεπερωμένην μοίρην ἕκαστον ἐκπληροῖ. καὶ ἐπὶ τὸ μέ-
ζον, καὶ ἐπὶ τὸ μείον.

VII. Φθορὴ δὲ πᾶσιν ἀπ' ἀλλήλων, τῷ μείζονι ἀπὸ
τοῦ μείονος, καὶ τῷ μείονι ἀπὸ τοῦ μέζονος ^m. ² αὐξάνεται καὶ τὸ
μέζον ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος. ³ τὰ δ' ἄλλα πάντα καὶ ψυχὴ ἀνθρώ-
που ⁴ καὶ σῶμα, ὁκοῖον ἡ ψυχὴ, διακοσμέεται. ⁵ ἐσέρπει δὲ ἐς ἄν-
θρωπον, μέρεα μερέων ὅλα ὅλων ἔχουσα ⁿ σύγκρησιν πυρὸς καὶ
ὑδα-

omnia neceffitate divina, *ultra hominum captum* & vim consti-
tuta, ²⁵ tum quae volunt efficere, ea quae rationabilia sunt,
tum quae non volunt, sive homines, sive ea quae bruta sunt,
& omni adeo voluntate destituta. ²⁶ Dum vero illa huc, &
haec illuc commeant, fibique invicem permiscuntur, decretam
sibi sortem unumquodque implet, tum *augescendo* in majus,
tum in minus *relabendo*.

VII. Corruptio autem omnibus a se invicem *imminet*,
majori a minore, & minori a majore. ² Augetur etiam ma-
jus a minore. ³ Tum reliqua omnia, tum etiam anima ho-
minis, ⁴ & corpus non minus quam anima ornatur *eodem mo-
do quo dictum est, atque instruitur*. ⁵ Ea autem anima irrepit
per

† Est etiam quaedam ἀνέγχεσι
ἀνθρωπίνῃ, s. τέχνῃ hoc libro c. 1,
12 & 2, 5. conf. c. 21, 5.

m Varro apud Non. 2, 98
*Natura humanis omnia sunt pa-
ria:*

*Qui pote plus urget: piscis in
saepe minutos*

*Magni' comest, ut avis enecat
accipiter.*

Virgil. Ecl. 1, 63

*Torva leaena lupum sequitur, lu-
pus ipse capellam.*

*Florentem cytisum sequitur lasci-
va capella.*

n Omnes quod constat, le-
gunt ἔχοντα. Et possit aliquis ad-
dictus



ὕδατος, ⁶ τὰ μὲν ληψόμενα, τὰ δὲ δώσοντα. ⁷ καὶ τὰ μὲν λαμβάνοντα πλεῖον ποιεῖ, τὰ δὲ δίδοντα μείον. ⁸ πρίουσιν ἄνθρωποι ξύλον· ὁ μὲν ἔλκει, ὁ δὲ ὠθεῖ· τὸ δ' αὐτὸ † τοῦτο ποιεῖουσιν, μείον δὲ ποιέοντες πλεῖον ποιεῖουσιν. ⁹ τὸ δ' αὐτὸ καὶ φύσις ἀνθρώπου. ¹⁰ τὸ μὲν ὠθεῖ, τὸ δὲ ἔλκει· ¹¹ τὸ μὲν δίδωσι, τὸ δὲ λαμβάνει· ¹² καὶ τῷ μὲν δίδωσι, τοῦ δὲ λαμβάνει. ¹³ καὶ τῷ μὲν δίδωσι τοσούτῳ πλεῖον, τοῦ δὲ λαμβάνει τοσούτῳ μείον. ¹⁴ χώραν δὲ ἑκάστον φυλάσσει τὴν ἑαυτοῦ. ¹⁵ καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τὸ μείον ἰόντα †*, διακρίνεται εἰς τὴν ἐλάσ-

per aërem spiritu haustum, fortè etiam per esculenta vel poculenta, vel quocunque modo latenti, in hominem, qui pater futurus est vel mater, partes partium totarum totas jam habens, & temperamentum ignis & aquae; 6 alias partes, inquam, assumpturas aliquid, alias vero daturas: 7 & eae quae assument, augent corpus, quae vero dant, minuunt. 8 Hoc similitudine illustrari potest. Serra secant lignum homines: trahit alter alter trudit, unam eandemque rem ambo agunt, & dum minuunt lignum, abradendis ramentis augent partes, & perfectius aliquid producunt. 9 Idem vero etiam agit natura hominum, 10 aliud trudit, trahit aliud; 11 alterum dat, alterum accipit; 12 & alteri dat, ab altero accipit; 13 & huic dat tanto plus, ab hoc tanto minus accipit: 14 regionem autem unumquodque servat suam. 15 Atque ea quidem, quae in de-
cre-

dictus vehementer singulis literis & nimium, ut nos interpretamur, cautus, dicere, μέρεα esse nominativum, & totum locum ita construendum, ἐσέρπει μέρεα ἔχοντα σύγκρησιν, irrepunt partes, temperamentam habentes. Sed cum mox | f. 18, ac deinde c. 8, 8 & 12, itemque c. 18, 1 huius libri, ipsa anima & partes suas habere, & σύγκρησιν habere dicatur; cum porro facile ad-

modum ἔχουσα mutari vel casu vel consilio potuerit in ἔχοντα, a quo in scriptura antiqua parum admodum distat: sine fraude, speramus, fuerit tantilla mutatione sibi conciliare scriptorem, more antiquissimorum quorumvis, iisdem eadem verbis plus semel referentem.

† Quidam Mss. teste Cl. Trillero it. Mackio, τοῖστο δὲ.

†* Conf. c. 20, 18.

ἐλάσσονα χώραν. ¹⁶ τὰ δὲ ἐπὶ τὸ μέζον πορευόμενα, συμμिशγόμενα ἐξ ἀλλήλων εἰς τὴν μείζω τάξιν. ¹⁷ τὰ δὲ ξείνα, μὴ ὁμότροπα, ὡς θέλει ἐκ χώρας ἀλλοτρίης. ¹⁸ ἑκάστω * δὲ ψυχὴ μέζω καὶ ἐλάσσῳ ἔχουσα περιφοιᾷ τὰ μόρια τὰ ἐωυτῆς, ¹⁹ οὐ προσθέσιος οὐδὲ ἀφαιρέσιος δεομένη ^ο τῶν μερέων, ²⁰ κατὰ δὲ αὐξησιν καὶ μείωσιν τῶν ὑπαρχόντων δεομένη. ²¹ χώρα ^p δὲ ἕκαστα διαπρήσσεται, εἰς ἣν τινα εἰσέλθῃ, καὶ δέξηται τὰ προσπίπτοντα. ²² οὐ γὰρ δύναται τὸ μὴ ὁμότροπον ἐν τοῖσιν ἀσυμφόροις χωρίοισιν ἐμμένειν. ²³ πλανᾶται μὲν γὰρ ἀγνο-

crescendo sunt, abeunt in minorem locum, ¹⁶ quae vero augentur, commista aliis transeunt in ordinem majorem. ¹⁷ Peregrina autem, quae non sunt ejusdem modi, regione aliena extruduntur. ¹⁸ Uniuscujusque autem anima, minora pariter & majora sua membra habens, oberrat in illo Hade vel ordine fugientium sensus nostros minutiarum, ¹⁹ non additione aut ablatione indigens partium integrarum, ²⁰ opus autem habens praesentibus, h. e. iis quas jam habet, quatenus crescant & minuantur. ²¹ Locus autem efficit omnia, in quem ingressa fuerit talis anima, & in quo recipiat ea, quae eodem deferuntur: ²² neque enim potest quod non est ejusdem generis, in locis non convenientibus durare: ²³ talia ergo oberrant ob minutias

* Ἐκάστω ut infra c. XI, ¹⁷ ζῆρῳ καὶ ὕγρῳ aut Genitivi sunt, quales Doribus frequentantur, aut Datiui attributionis, per ω scribendi: nisi placeat hic ἐκάστοτε, quod ex MS. laudat Mack.

ο Vertimus ac legimus δεομένη, scil. ἡ ψυχὴ, vt statim sequitur: & sic post Cornar. Foesius. Possit quidem vulgatum δεομένων esse genitivus absolutus conjunctus cum

μερέων, h. m. Membra non opus habent aliorum membrorum additione, vel ablatione praesentium. Sed repugnat sequens δεομένη, quod hic etiam ex MS. notat Mack.

p Si locum sibi parare possent ipsae ψυχαί, nulla frustra oberraret, sed suam ipsa sibi μοῖραν faceret. Verum hoc agit ipsum auctor, ut ostendat fortunas horum erronum in eo agi, ut locum nanciscan.



ἀγνοούμενα. ²⁴ ζυμμισγόμενα ⁹ δὲ ἀλλήλοισι, συγγινώσκεται. ²⁵ προσίζει γὰρ τὸ σύμφορον τῷ συμφόρῳ. ²⁶ τὸ δὲ ἀσύμφορον πολεμῇ καὶ μάχεται καὶ διαλλάσσει ἀπ' ἀλλήλων.

VIII. Διὰ τοῦτο ἀνθρώπου ψυχὴ ἐν ἀνθρώπῳ αὐξάνεται, ² ἐν ἄλλῳ δὲ οὐδενί. ³ καὶ τῶν ἄλλων ζώων τῶν μεγάλων, ὡσαύτως. ⁴ ὅκιστα δὲ ἄλλως, ἀπ' ἀλλήλων ὑπὸ βίης ἀποκρίνεται. ⁵ περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ζώων ἑάσω. ⁶ περὶ δὲ ἀνθρώπου δηλώσω. (C. VI. Chart.) ⁷ Ἐσέρπει δὲ ἐς ἀνθρώπον ψυχὴ, ⁸ πυρὸς καὶ ὕδατος


tias suas ignorata, & nullum sensum ferientia: 24 Et tum demum, quum sui similibus commiscuntur invicem, una cognoscuntur, & in lucem prodeunt. 25 Affidet enim simili simile; 26 dissimile autem adversatur, & pugnat, & discedit a se invicem.

VIII. Propterea hominum anima in homine crescit, ² in alio vero nullo; & reliquorum animalium majorum anima similiter. ⁴ Quaecunque vero aliter *conjunguntur, quaecunque animae in locum alienum incidunt, cum coalescere non possint, vi ac necessario inde tecternuntur.* ⁵ Ac de aliis quidem animalibus omittam *dicere*: ⁶ de homine vero *quid sentiam, declarabo.* ⁷ Irrepat autem, *ut modo dixi, (Et dicetur c. 18, 1) nemine animadvertente nisi ex eventu Et effectu, in hominem utriusque sexus anima, qualem jam ante descripsi, 8 ignis & aquae*

ciscantur ac nidum, qui accipiat eos, qui augefcendi facultatem concedat, verbo matricem commodam five vterum. Itaque non diu haesitavimus, caudam hujus vocabuli non necessariam & molestam refecare, ac pro χώρην legere χώρη. Probat Trillerus & praefert

etiam alteri lectioni χώρην ἐν ἐκάστῳ.


q Vide c. 22, 16 Ἐἰ τις ἀπίσῃ ψυχὴν μὴ προσμίσγεσθαι ψυχῇ, ἀφρων ἐστὶ. Ceterum MS. apud Cl. Mackium, συγγινόμενα δὲ ἀλλήλοισι, γινώσκει πρὸς ἃ προσίζει κ. τ. λ.



δατος ζύγκρησιν ἔχουσα, ⁹ μοῖραν σώματος ἀνθρώπου. ¹⁰ ταῦτα
δὲ τὰ θήλεα καὶ ἄρσενα καὶ πολλὰ καὶ παντοῖα τρέφεται. ¹¹ τρέ-
φεται δὲ καὶ αὐξεται διαίτη τῇ περὶ τὸν ἄνθρωπον. ¹² ἀνάγκη δὲ
τὰ μέρεα ἔχειν πάντα τὰ εἰσιόντα. ¹³ ὅτι τινος γὰρ μὴ ἐνείη μοῖρα
ἐξ ἀρχῆς, οὐκ ἂν αὐξηθείη, οὔτε πολλῆς ἐπιούσης τροφῆς, οὔτε
ὀλίγης. ¹⁴ οὐ γὰρ ἔχει τὸ προσαυξόμενον. ¹⁵ ἔχον δὲ πάντα αὐ-
ξεται ἐν χώρῃ τῇ ἑαυτοῦ ἑκάστον, ¹⁶ τροφῆς ἐπιούσης ἀπὸ ὕδατος
ξηροῦ, καὶ πυρὸς ὑγροῦ. τὰ μὲν, εἰσω βιαζόμενα, τὰ δὲ, ἔξω.

IX.

quae temperamentum *commiffionem* & *quasi contemperationem*
habens, ⁹ sortem autem corporis humani, *i. e. eam naturam*
& *conformationem*, ut corpus inde humanum, *evolutione parti-*
um jam praesentium formari possit: vel etiam, cui fato hoc at-
tributum sit, ut humanum hoc corpus subeat (vid. cap. 9, 11)
¹⁰ Haec, quae modo animas vocavi, animalia, (conf. ad 19, 8)
feminina & masculina, *sexus illud discrimen demum in humano*
corpore nata, tum multa, tum varia, aluntur *in corpore hu-*
mano. ¹¹ aluntur vero & crescunt pro ratione victus, quo
homo ipse, *cujus sunt illi hospites*, utitur. ¹² Necesse autem
est, ut sub ingressum membra sua jam omnia habeant, ¹³ cu-
jus enim *partis sors, i. e. prima stamina, natura & conforma-*
tio (ut s. 12) non ab initio statim adfuerit, ea pars crescere
non potest, neque multo accedente alimento, neque paucō:
¹⁴ neque enim habet id ipsum, quod augeri *alimento acceden-*
te possit. ¹⁵ Quod vero *animalculum* habet omnes partes suas,
illud augetur in loco quodque suo, ¹⁶ accedente alimento ab
aqua sicca, *cui densitatem aliquam conciliet ignis*, (vid. c. 5, 5)
& ab igni *aquae admiffione* fluido: cum alia, nimirum ali-
menti *particulae* versus interiora impetum faciant, alia vero,
nempe ipsa exteriora parvorum homunculorum, extrorsum ten-
dant, vel distendantur.



IX. Ὡς περ οἱ τέκτονες τὸ ξύλον πρίουσι, καὶ ὁ μὲν ἔλκει, ὁ δὲ ὠθεῖ, τὸ αὐτὸ ποιέοντες, κάτω δὲ πιέζων τὸν ἄνω ἔλκει †. οὐ γὰρ ἂν παραδέχοιτο κάτω ἵεναι. ² ἢν δὲ βιάζονται, παντὸς ἀμαρτήσονται. ³ τοιοῦτον τροφὴ ἀνθρώπου. τὸ μὲν ἔλκει, τὸ δὲ ὠθεῖ. ⁴ εἴσω δὲ βιαζόμενον ἔξω ἔρπει. ⁵ ἢν δὲ βιῇται παρὰ καιρὸν, παντὸς ἀποτέυξεται. ⁶ χρόνον δὲ τοσούτον ἕκαστα τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν, ⁷ ἄχρι μηκέτι δέχεται ἢ χώρα, ⁸ μηδὲ τροφὴν ἱκανὴν ἔχει εἰς τὸ μήκιστον τῶν ὑδάτων. ⁹ ἔπειτ' ἐναμείβει εἰς τὴν ἔξω χώραν, θήλεα καὶ ἄρσενα. ¹⁰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπὸ βίης καὶ ἀνάγκης διωκόμενα. ¹¹ ὅκόσα δ' ἂν ἐμπλή-

IX. *Per actus, qui contrarii videntur, ad eundem finem effectum veniri, hoc exemplo patet.* Nempe sicut fabri duo ferra lignum secant, eorumque alter trahit *ferram*, alter vero impellit, idem *opus* facientes; deorsum vero premens illum, qui superiori loco *stat*, trahit; nec enim aliter contingeret, ut descendat *ferra*: 2 si vero vim faciant, *nec alter concedat alteri*, ab omni *fine suo* aberrant, neque perficiant, quod volunt: 3 talis est nutritio hominis. Unum trahit, alterum impellit, 4 dum versus interiora facit impetum, *quidquid cibi cujuscunque causa adsumitur*, repit versus exteriora, ex ipsa naturali *machinae velut hydraulicae constructione*, coctus jam & paratus sanguis. 5 Si vero importune vim faciat, omni *conatu* excidet. 6 Tempore autem tanto suum quidque ordinem servat, 7 donec locus non amplius capiat, 8 neque cibum sufficientem aquarum novissimo tempore habeat: 9 tum *enim* mutato loco in regionem exteriorem eunt tum feminini, tum masculini generis *animae vel animalcula*, quae *discrimen sexus in spermaticis organis nata sunt* (c. 8, 10.) 10 eodem modo a vi quadam & necessitate naturali *expulsa*. 11 Quae-

† Sic legendum iam ex M. R. ineptum ἔρπει Charteriana. Memonuit Foësius. Servavit tamen lius Mack. ἔλκει.



πλήρη τὴν πεπωμένην μοίρην, ταῦτα διακρίνεται πρῶτα, καὶ ἅμα
 συμμίσγεται. ¹² ἕκαστον μὲν γὰρ διακρίνεται, ¹³ πάντα δὲ ταῦτα
 συμμίσγεται. ¹⁴ χάριν δὲ ἀμείψαντα καὶ τυχόντα ἀρμονίης ὡς
 εἶχού-

Quaecunque autem decretam sibi fato sortem impleverint, ea
 primo *in coitu ab utroque conjugum* excernuntur, & simul *in-*
ter se harmoniam nata commiscuntur: 12 singula enim excer-
 nuntur, 13 commiscuntur vero *haec quae dixi, & qua lege*
dixi, omnia. 14 Mutato autem loco, vbi nata sunt *bina a-*
nimal-

r Primo, quid haec sibi velint
 apud Musicos, videndum, deinde
 qua ratione ad generationis nego-
 tium auctor ea transtulerit. *Har-*
monia igitur hic etiam sensu musi-
 co fuerit *series modulata*, ut defi-
 nit Meibom. ad Euclid. Introd. har-
 mon. p. 42, qui etiam observat, an-
 tiquissimis Musicis idem significas-
 se quod *διαπασῶν*, quae nunc est
οκτάνα. Haec harmonia tres ha-
 bet consonantias. Est autem con-
 sonantia vel *συμφωνία* ap. Eucli-
 dem l. c. p. 8 *κράσις δύο φθόγ-*
γων, ὀξύτερος καὶ βαρυτέρος. Tres
 illae consonantiae sive *συμφωνίαι*
 insunt v. g. in hac octava c, e, g, c.
 Est enim hic quae *tertia* vocatur,
 verbi causa c, e, it. e, g: est quin-
 ta c, g: est ipsa etiam octava c, c.
 Inter quatuor igitur tonos tria ge-
 nera praecipua & suavissima conso-
 nantiarum. Huic harmoniae to-

norum respondere volebant conve-
 nientiam & proportionem prima-
 rum quatuor qualitatum, *calidi,*
*frigidi, humidi, sicc*i. vid. c. 5, 1
 sq. c. 11, 23. Add. de nat. hominis
 c. 4, 4 vbi diserte, *Ἐι μὴ τὸ θερ-*
μὸν τῷ ψυχρῷ, καὶ τὸ ξηρὸν τῷ
ὕγρῳ μετρίως πρὸς ἀλλήλα ἐξεί-
καὶ ἴσως, ἀλλὰ θάτερον θάτερον
πελὶ προέξει, καὶ τὸ ἰχυρότερον
τῷ ἀσθενέτερον, ἢ γένεσις ἐκ ἀν-
γένοιτο. Hanc itaque harum qua-
 litatum harmoniam, & modula-
 tam quasi, temperatamque seriem
 postulat auctor noster inter *ψυχὰς*,
 hinc a viro hinc a femina excretas,
 intercedere, si illae ad vitalem con-
 ceptum uniri debeant. Si eveniat,
 ut in illo amatorio conflictu excre-
 ti utrinque exercitus *ψυχῶν* in se
 incurrant, fato adversariae, in qui-
 bus utrisque eadem sit quatuor qua-
 litatum per tres symphonias har-



ἐχούσης συμφωνίας τρεῖς, ¹⁵ ξυλλήβδην διεζίων ^f διὰ πασέων, ζῶει καὶ αὖξεται τοῖσιν αὐτοῖσιν, οἷσι καὶ πρόσθεν. ¹⁶ ἦν δὲ μὴ τύχη τῆς ἁρμονίης, μηδὲ ξύμφωνα βαρέα τοῖσιν ὀξέσι γένηται, ἢ πρώτη συμφωνίη [†] (διαφθείρεται.) ¹⁷ ἦν δὲ δευτέρη γένεσις ἢ τὸ διὰ παντὸς

nimalcula, s. *binae animae*, modulatam seriem s. harmoniam, suas sibi tres consonantias recte habentem, ¹⁵ ut breviter comprehendam, diapason harmoniam ubi nata sunt, vivunt & aluntur iisdem rebus, quibus ante illam excretionem & conjunctionem alebantur: ¹⁶ si vero modulatam illam seriem non consequantur *animalcula*, neque gravia acutis consonent, prima illa generatio, vel conatus certe inutilis fuerit. ¹⁷ Si vero

monia, ut si in duobus instrumentis aequaliter tensis impellas simul c, e, g, c: ilicet, non jam pugnant, non se destruunt mutuo, sed uniuntur, ex binis ψυχῶς una fit, ut in perfecte consonantibus ejusdem generis instrumentis unus modo sonus consentiens auditur. Haec harmonia, nisi vehementer fallimur, est *tetractys Pythagorica*. Haec *tetractys* est παγὰ ἀεννάε φύσεος, fons vitae animarum, haec perpetuat naturam humanam, & nova quotidie supplementa illi scribit. Ὁ παραδὲς τῶ ἀμετέρῳ ψυχῶ τετρακτὺν est supremus ipse Deus, fati, τῆς μοίρας arbiter, per quem juratur in carmine Pythagoreorum.

^f Sic est in libris, etiam Char-

ter. διεζίωντα ex conjectura assumptum videtur a Lindenio. Sed nihil opus est. Mack. ex Imp. Corn. διεζιέσας, & reddit, *comprehensim per omnia penetrantes*.

t Locus sane vel corruptus, vel mihi certe obscurissimus, quem emendare conati sunt viri docti, inserto praeter MSSorum, quantum constat, auctoritatem, verbo διαφθείρεται, vel ἀπόλλυται, quod ita transferunt, *primus concentus perit*: quod quidem parum huc convenire nobis videbatur. Quid enim? Si non contingat duabus ψυχῶς concentus, perit concentus? Hoc non concoquo. Si licet in re tantis involuta tenebris hariolari, ita nobis videbatur. Cum statim memoretur δευτέρῃ γένεσις, etiam πρώ-



τὸς ὕ, ἐνὸς ἀπογενομένου, πᾶς ὁ τόνος μάταιος. ¹⁸ οὐ γὰρ ἀνπροσάει-
σειεν. ¹⁹ ἀλλ' ἀμείβει ἐκ τοῦ μέζονος εἰς τὸ μείον, πρὶ μοίρης. ²⁰
διότι οὐ γινώσκουσιν ὅ, τι ποιέουσιν.


X.

ro secunda sit generatio in ratione diapason, uno tono minus,
tonus omnis vanus est. 18 neque enim illi accinat *alius*, 19
sed transit *animalculum ita excretum*, a majori & *auctiori cor-*
pufculo, quod nactum fuerat in *vasis spermaticis*, ad minus,
dissipandis alimentis quae adhuc adsumferat, ante quam for-
tem, & *attributam fato conditionem iusti hominis complere*
queat, 20 propterea quod nesciunt, quod agant, *vel ipsae*
animae

πρώτη intelligenda ex proximo
γένεσις. συμφωνίη autem corruptum
ex ἀσύμφωρος ἔη, ea sententia,
quam paraphrasi expressimus. Ἀ-
σύμφωρα mox 11, 22 sunt, quae
cum maris natura conciliari, at-
que adeo in mari vivere vel durare
non possunt. Fuerit igitur ἀσύμ-
φωρος γένεσις, conatus generatio-
nis inutilis, quia conciliari & con-
sistere non possunt illa, quorum
conjunctione ea perfici debebat. Cl.
Trillerus suspicatur legendum ὁρ-
θῶς ἐχέσης συμφωνίας τρεῖς,
ξυλλήβδην δὲ ἑξ, ἥ γένεσις διὰ
πασῶν. Nempe Censor. 10 & 13
liquido affirmat διάστημα διὰ πασῶν
esse sex tonorum: cui non obest sub-
tilitas Euclidea, qua demonstravit,
Sect. Canon. Theor. 14 Διὰ πασῶν
esse minus sex tonis. Ait, se co-
piose rem declarasse, quod exspe-

ctamus. Idem mox f. 16 ita resti-
tuit, ἡ πρώτη ἀσυμφωνίη ἦν τῆς
δευτέρης γένεσις, ἡ δὲ τῆς διὰ παν-
τός, ut discrepantia prima secun-
dam effecisse dicatur, secunda ter-
tiam. Declaraturus est haud dubie
sententiam suam pluribus: modo
faveat fortuna magnis ausis. Con-
veniunt vero viri illustris cogitata
pulchre etiam ad nostras rationes:
licet illa plane adoptare nondum
audeamus quantum ad appellatio-
nem δι' ἑξ.

v Non dubitamus, quin διὰ παν-
τός sit h. l. idem, quod διὰ πασῶν.
Potest enim intelligi διὰ παντός
διαστήματος, ut in altero διὰ πα-
σῶν χορδῶν. Nimirum non συμ-
φωνία est, sed διαφωνία potius &
ἀμιξία φθόγγων in διὰ πασῶν v-
no tono minus, v. g. inter c & h
& c. Sic Euclides introd. harmon.




X. (C. VII. Chart.) Ἀρσένων μὲν οὖν καὶ θηλείων διότι
 ἐκάτερα γίνεται, προϊόντι τῷ λόγῳ δηλώσω. ² τούτων δὲ ὁκότερον ἦν
 τύχη τῆς ἁρμονίης ὑγρὸν ἔδν, κινεῖται ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ³ κινεούμενον
 δὲ ζωπυρέεται, ⁴ καὶ προσάγεται τὴν τροφὴν ἀπὸ τῶν ἐσιόντων ἐς
 τὴν γυναῖκα σιτίων καὶ πνεύματος. ⁵ τὰ μὲν πρῶτα πάντῃ ὁμοίως
 ἕως ἄρτι ἀρσείον ἐστιν ⁶ ὑπὸ^x δὲ τῆς κινήσεως καὶ τοῦ πυρὸς ξηραίνεται
 καὶ στερεοῦται. ⁷ στερεούμενον δὲ πυκνοῦται πέριξ. ⁸ καὶ τὸ πῦρ ἐγ-
 κλειόμενον οὐκ ἔτι τὴν τροφὴν ἱκανὴν ἔχει ἐπάγεσθαι. ⁹ οὐδὲ τὸ πνεῦ-
 μα

*animae, vel qui tales animas nonnunquam temere ex se excer-
 nunt, homines perdunt, fata intercipiunt.*

X. Masculorum & femellarum cur alterutrum nascatur,
 procedente sermone declarabo. ² Horum vero alterutrum si
 modulatum illam seriem *in coitu parentum* nanciscatur, humi-
 dum cum sit, movetur ab igne, ³ motum vero *velut fomes*
flatu accenditur, ⁴ & nutritionem adsumit ab intrantibus in
 mulierem alimentis & spiritu. ⁵ Prima igitur *talis iam em-
 bryonis* utique similiter *fiunt in locis muliebribus, atque fiebant*
cum separatae essent in utroque parente animae, donec adhuc
 rarum sit, *quod conceptum est*. ⁶ A motu vero & igni sicca-
 tur, & soliditatem *paullatim* accipit. ⁷ Sic consolidatum con-
 densatur undique in ambitu, ⁸ inclususque ignis non jam ha-
 bet, unde alimentum sufficiens sibi admoveat: ⁹ neque *quae*
ignis inclusi natura est, spiritum expellit, propter densitatem
 ejus,

p. 8 extr. ἀσύνθετα διαστήματα
 αἰτ, τὰ ὑπὸ τῶν ἐξῆς φθόγγων
 περιεχόμενα. Adde quae deinde
 profereimus ex c. 15, 1. Sic διὰ πάν-
 των legendum puto apud Lucian.
 Adv. Indoct. T. 3 p. 116, 7.

x Quae hic de formatione foe-
 tus a calido philosophatur auctor,
 ea conveniunt cum his, quae in li-
 bris περὶ γονῆς & περὶ φύσεως παι-
 δὸς sub Hippocratis nomine legun-
 tur.



μα ἐξωθέει, διὰ τὴν πυκνότην τοῦ περιέχοντος. ¹⁰ ἀναλίσκει γὰρ τὸ ὑπάρχον ὑγρὸν εἰσω. ¹¹ τὰ μὲν οὖν στερεὰ τὴν φύσιν ἐν τῷ ξυνηκτότι καὶ ξηρῷ, οὐκ ἀναλίσκεται τῷ πυρὶ ἐς τὴν τροφήν, ¹² ἀλλ' ἐγκρατέα γίνεται, καὶ ξυνίσταται τοῦ ὑγροῦ ἐκλείποντος, ¹³ ἅπερ ὀστέα καὶ νεῦρα ἐπονομάζεται. ¹⁴ τὸ δὲ πῦρ ἐκ τοῦ συμμιγέντος κινουμένου τοῦ ὑγροῦ, διακοσμέεται τὸ σῶμα κατὰ φύσιν, διὰ τοιήνδε ἀνάγκην. ¹⁵ διὰ ² μὲν τὸ στερεὸν καὶ ξηρὸν οὐ δύναται τὰς διεξόδους χρονίας ποιεῖσθαι, διότι οὐκ ἔχει τροφήν. ¹⁶ διὰ δὲ τῶν ὑγρῶν καὶ μαλακῶν δύναται. ¹⁷ ταῦτα γὰρ ἐστὶν αὐτῷ τροφή. ¹⁸ ἐνὶ δὲ καὶ ἐν τούτοις ξηρότης οὐκ ἀναλίσκομένη ὑπὸ τοῦ πυρός. ¹⁹ ταῦτα δὲ ξυνίσταται πρὸς ἀλλήλα.

XI.

ejus, quod illum *ambit* & continet. ¹⁰ Consumit enim quod intus est humidum. ¹¹ Quae igitur solida sunt natura *sua* in consistente *iam* & sicco *corpore*, non consumuntur ab igne in nutritionem, ¹² sed valida fiunt & consistunt, humido deficiente, ¹³ quae quidem ossa & nervi vocantur. ¹⁴ At ignis ex admisto motoque humido, exornat *instruitque* corpus naturaliter, per talem necessitatem, *sive mechanicam rationem*. ¹⁵ Per solidum enim & siccum non potest transitus longos facere, quia nutrimentum non habet: ¹⁶ per humida autem & mollia potest; ¹⁷ haec quippe alimentum illi sunt. ¹⁸ Inest autem in his quoque aridum quiddam non consumtum ab igne. ¹⁹ Ista autem inter se consistunt & continentur.

XI.

z Non mutat plane vim suam ἢ διὰ cum accusandi casu hic usurpata. Neque enim solum medium hic indicatur, sed causa etiam. Po-

nit enim haec philosophia, in humido inesse nutrimentum ignis commodius, quam in sicco & solido.



XI. Τὸ μὲν οὖν ἐσωτάτῳ καταφραχθὲν πῦρ ^a καὶ πλεῖστον ἐστὶ. καὶ μεγίστην τὴν ἔξοδον ἐποίησατο. ² πλεῖστον γὰρ τὸ ὑγρὸν ἐνταῦθα ἔνῃν, ³ ὅπερ κοιλίη καλεῖται. ⁴ καὶ ἐξέπεσεν ἐντεῦθεν, ἐπεὶ οὐκ ἔχει τροφήν, ἔξω, καὶ ἐποίησατο, [⁵ πλεῖστον ^b γὰρ τὸ ὑγρὸν ἐνταῦθα ἔνῃν] ⁶ καὶ τροφῆς ἐπαγωγὴν καὶ διάπεψιν. ⁷ τὸ δὲ ἀποκλεισθὲν εἰς ἄλλο σῶμα, περιόδους ^c ἐποίησατο τρισσάς. ⁸ ὅπερ ἦν ὑγρό-

XI. In intimo igitur recessu conseptus ignis & copiosissimus est, & maximum sibi exitum & *commeatum* parare solet, ² (plurimum enim hic humidum inest;) ³ quae alvus vocatur. ⁴ Et elabi hinc solet, cum alimentum non habeat, extra, & sibi machinatur ⁶ & adsumptionem cibi, & concoctionem, *s. adsumendi, & concoquendi instrumenta.* ⁷ Qui autem ignis in reliquum corpus disclusus est, circuitus facit ternos. ⁸ Quod humidissimum erat ignis, in illis locis *circuitus facit,*

a Quae hic de igne architecto sui corporis breviter commemorantur, ea multo copiosius explicata leguntur, in libro *περὶ ἀρχῶν* *f. σαρκῶν* a principio inde, item que in illo *περὶ φύσιος παιδός.*

b Omisimus haec verba in paraphrasi, quod intempestive ex superioribus hic repetita putamus, cui rei occasionem dedit verbum *ἐποίησατο* hic recurrens, quod reduxit librarium ad praecedentia. Is deinde, ne librum litura deformaret, vel plane reliquit verba praeter rem repetita, nullo erroris sui facto indicio, vel tenuissimis punctis subnotavit, quae deinde vel evanue-

runt, vel certe descriptores novos fefellere: quale quid in Quintiliano aliquoties factum animadvertimus, & passim observatum ab aliis. Importuna quidem esse, & totam turbare sententiam, attentos lectores vix, postquam semel animadversum est, fallit. Omisit haec verba etiam Cl. Mackius, qui ita legit e Cod. MS. *καὶ ἐποίησατο τὸ πνεύματος διεξόδους, καὶ τροφῆς κ. τ. λ.*

c Ternos hic circuitus interpretari aliquis posset de arteriis, venis, nervis. Vid. mox *f. 31 sq.* Sic conjunguntur ista tria apud Laërt. 8, 31 ubi Pythagoras docet, *δεσμὰ ἔσθαι τῶν*



ὕγρότατον † τοῦ πυρὸς, ἐν τούτοισι τοῖσι χωρίοισιν, 9 αἰτίνες φλέβες καλέονται κοίλαι. 10 ἐς δὲ τὰ μέσα τούτων, τὸ ὑπολειπόμενον τοῦ ὕδατος ξυγιστάμενον πῆγνυται, 11 ὅπερ καλέεται σάρκες. 12 ἐνὶ δὲ λόγῳ, πάντα διεκοσμήσατο κατὰ τρόπον αὐτὸ ἐωυτῷ τὰ ἐν σάματι τὸ πῦρ, 13 ἀπομίμησιν τοῦ ὅλου, 14 μικρὰ πρὸς μεγάλα, 15 καὶ μεγάλα πρὸς μικρά. 16 κοιλίην μὲν τὴν μεγίστην, 17 ξηρῷ * καὶ ὑγρῷ ταμῆιον, 18 δοῦναι πᾶσι, 19 καὶ λαβεῖν παρὰ πάντων, 20 θαλάσσης δύναμιν 21 ζώων ἐντρόφων ** τροφὸν, 22 ἀσυμφόρων δὲ φ. τροφόν. 23 περὶ δὲ ταύτην ὕδατος ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ σύστασις, 24 διέ-

facit, 9 quae venae appellantur cavae. 10 Inter has vero, quod aquae reliquum fuerat, consistens cogitur, 11 quae carnes vocantur: 12 uno autem verbo, quae in corpore sunt omnia, exornat *atque instruit* secundum hunc modum ipse sibi ignis, 13 imitatione universi mundi, 14 parva *si comparare licet* ad magna, 15 & magna ad parva: 16 alvum *verbi causa* maximam, 17 aridi & liquidi horreum, 18 quod ministret omnibus, 19 & accipiat ab omnibus, 20 maris *instar ac* potestate, 21 animalia quae in eo vivunt, *non lumbricos modo, & vermiculorum genus varium, sed ipsas quoque animas*, nutriens, 22 ea vero quae non conveniunt, perdens. 23 Circa hanc autem alvum *s. ventriculum est* aquae frigidae & liquidae consistentia, 24 commeatus spiritus, *in ingressu* frigidi, & calidi
in

τῆς ψυχῆς τὰς φλέβας, καὶ τὰς ἀρτηρίας, καὶ τὰ νεῦρα. Add. no. g. περιόδων appellatione aliquoties utitur in Timaeo Plato, ubi de humorum & spirituum, quos quidam vocant, circuitu in corpore, & vasis ei rei destinatis sermo est. V. G.

p. 531, F & G. p. 532, B & C etc.

† Conf. c. 5, 4 sq.

* Vid. ad ἐκάστω c. 7, 18.

** Notae MSS. Lind. quas laudat Trillerus, συμφόρων, quod placet & ipsi & nobis, si sit ex libro veteri: συντρέφων τροφόν Mack.



διέξοδος πνεύματος ψυχροῦ καὶ θερμοῦ ^d*, ²⁵ ἀπομίμησιν τῆς γῆς,
²⁶ τὰ ἐπεισπίπτοντα πάντα ἀλλοιούσης ²⁷ (τὰ * μὲν) καταναλί-
 σκον, τὰ δὲ αὖξον, ^{**} ²⁸ σκέδασιν ^e ὕδατος λεπτοῦ καὶ πυρὸς ἐποίη-
 σατο, [περὶ ^f οὐκ ἀφανέος, ²⁹ καὶ φανεροῦ] ἀπὸ τοῦ ξυνεστηκότος ἀ-
 πόκρισιν, ³⁰ ἐν ᾧ φερόμενα πάντα ἐς τὸ φανερόν ἀφικνέεται, ἕκαστα
 μοί-

*in egressu, verbo pulmones ***, 25 *terrae instar*, 26 *quae dela-*
p̄sa in se omnia immutat, ut plantae atque animalia illi com-
missa non longo intervallo in terrae naturam redeant, 27 *alia*
quidem conlumens, alia vero augens. ** 28 *Sparfionem aquae*
tenuis atque ignis fecit, [de obscuro 29 & manifesto] *nem-*
pe secretionem ab eo quod constitit, 30 *in qua tenui aqua*
quae

d Hic omissum aliquid esse ap-
 paret. Neque enim adest illud,
 quod cum terra comparatur, quod-
 que partim consumere, partim au-
 gere dicatur incidentia. Credibile
 nobis videtur hic agi de toto cana-
 lis cibarii systemate, & omnibus
 visceribus imi ventris. Lacerum
 esse hunc totum locum, & a dor-
 mitante antiquissimo aliquo libra-
 rio male administratum, confir-
 mare ausim. Vid. no. e

* Sic, ut conjeceramus, etiam
 Cod. Cornar. ap. Cl. Mackium:
 αὖξάνον MSS. quos laudat Trill.

e Etiam haec oratio non habet
 subiectum, & proinde videtur la-
 cera. Putamus autem egisse aucto-
 rem hic de igne, s. calido, quate-
 nus paret sibi vasa seminalia, & to-

tum generationis instrumentum, id
 quod in paraphrasi exprimere stu-
 duimus.

f Quae uncis coërcita sunt, ea ex
 margine & lemmate ad initium cap.
 XII apposita olim a studioso, in
 hunc locum irrepsisse inde puto,
 quod in transverso margine scripta
 reperiret ea librarius, cum propter
 angustias directus non caperet: quo
 factum est, ut pluribus versibus ad
 angulos rectos quasi obtenderetur
 lemma, obscurumque esset, quo
 referri deberet: imperitus autem
 homo, ad eum illud versum retulit,
 quem alterum ejus extremum con-
 tingeret. Fuit autem lemma ita
 conceptum, *περὶ τῆς ἀφανέος καὶ*
φανερῆς, quod manifestissime con-
 gruit cum dicto initio, *ἐν δὲ ἀνθρώπω*
 πῃ




μοίρῃ πεπρωμένη. 31 ἐν δὲ τούτῳ ἐποίησατο πυρὸς ὁ περίοδος τρισ-
σὰς, 32 περαινύσας πρὸς ἀλλήλας καὶ εἰσω καὶ ἔξω. 33 αἱ μὲν πρὸς
τὰ

quae feruntur omnia, (*animalcula nempe s. animae*) in mani-
festum & lucem deveniunt, unumquodque sorte fatali. 31 In
hoc porro corpore parat sibi ignis circuitus ternos, 32 perfici-
entes *cursum suum* ad se invicem & intra & extra. 33 Alii
cir-

ῖποι ἐκ τῶν φανερῶν τὰ ἀφανῆ σκέ-
πτεσθαι ἐκ ἐπίσανται. Jam si ista
omittas, pulchre cohaerebunt reli-
qua σκέδασιν -- ἐποίησατο, ἀπὸ τῆς
ζυνεσηκότητος ἀπόκρισιν. Esse enim
semen animalium aliquid toto cor-
pore decerptum, communis est ve-
terum sententia, quam etiam pro-
ponit Hippocrates de genitura prin-
cipio, ἡ δὲ γονὴ τῆς ἀνδρὸς ἐρχε-
ται ἀπὸ παντὸς τῆς ὑγρῆς, τῆς ἐν
τῷ σώματι ἔοντος, τὸ ἰχυρότα-
τον ἀποκριθὲν κ. τ. λ. Cl. Tril-
lerus ita restituendum putat hunc
locum: Καταναλίσκων δὲ καὶ αὐξὼν
σκέδασιν ὕδατος λεπτῆς καὶ πυ-
ρὸς ἀφανέος ἐποίησατο, καὶ φα-
νεῖ καὶ ζυνεσηκότητος ἀπόκρισιν,
hoc sensu, Consumens vero & au-
gens dispersionem tenuis aquae i-
gnisque invisibilis, h. e. subtilissimi,
fecit, discrevitque pariter densam
& compactam aquam & sensibilem
crassumque ignem: ita nempe, ut
sub φανεῖς subaudiatur πυρὸς, &

sub ζυνεσηκότητος, ὕδατος, quae
mox praeceffere. Haec vir sum-
mus. Mihi N. L. Cl. Mackius le-
git ἡερίς ἀφανέος κ. φ. & reddit,
*obscuri non apparentis & apparen-
tis &c.*

g Interpretamur, ac si legere-
tur, ut scripsisse putamus auctorem,
ἐποίησατο πῦρ εἰς, *fabricat ignis
sibi*. Non multum abit Trilleri πῦρ
ὡς. Redire autem videtur scriptor
ad illud, quod coeperat dicere s. 7.
Porro ternos circuitus libenter in-
telligam, ut modo dictum no. c, de
arteriis, venis, nervis. Certe αἱ
πρὸς τὰ κοῖλα τῶν ὑγρῶν περίο-
δοι, vasa sanguifera majora viden-
tur; αἱ εἰς τὴν ἔξω περιφορὰν, mi-
nora; tertium autem illud genus,
nervi: quod cum magnifice descri-
bat, sed non ut reliqua duo gene-
ra corpori alicui coelesti comparet,
susplicari libet, *solis* hic mentionem
& comparisonem vitio antiqui li-
brarii desiderari. Quid enim quae-
fo



τὰ κοῖλα τῶν ὑγρῶν, ³⁴ σελήνης δύναμιν, ³⁵ αἱ δὲ ἐς τὴν ἔξω περι-
φορὰν, ³⁶ πρὸς τὸν περιέχοντα πάγον, ³⁷ ἀστρῶν δύναμιν. ³⁸ αἱ
δὲ μέσαι καὶ εἰσὼ καὶ ἔξω περαίνουσαι, ³⁹ τὸ θερμότατον καὶ ἰσχυρό-
τατον πῦρ. ⁴⁰ ὅπερ πάντων ἐπικρατέεται, ⁴¹ διέπον ἅπαντα κατὰ
φύσιν. ⁴² ἀψοφον, † καὶ ὄφει καὶ ψάυσει. ⁴³ ἐν τούτῳ ψυχὴ, ⁴⁴
νόος, ⁴⁵ φρόνησις, ⁴⁶ αὐξησις, ⁴⁷ κίνησις, ⁴⁸ μείωσις, ⁴⁹ διάλλαξις,
⁵⁰ ὕπνος, ⁵¹ ἐγρήγορις. ⁵² τοῦτο πάντα διὰ παντὸς κυβερνᾷ, καὶ
τάδε καὶ ἐκεῖνα, οὐδέποτε ἀτρεμίζον.

XII. (C. VIII. Chart.) Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐκ τῶν φανερῶν,
τὰ ἀφανῆ σκέπτεσθαι οὐκ ἐπίστανται. ² τέχνησιν γὰρ χρεόμενοι, ὁ-
μοί-


*circuitus ad cava tendentes humidorum, 34 lunae vim & in-
star habent; 35 alii vero versus circumferentiam externam,
36 ad solidum illud continens, 37 astrorum instar; 38 me-
dii vero qui intus & extra pertinent, (instar solis) 39 calidis-
simum & vehementissimum ignem transmittunt, 40 qui o-
mnium potestatem habet, 41 administrans omnia secundum
naturam, neque visui neque tactui obuius. 42 In hoc igne in-
est anima, 44 mens, 45 sensus, 46 incrementum, 47 motus,
48 imminutio, 49 mutatio, 50 somnus, 51 vigilia. 52 Hic
omnia omni tempore & loco gubernat, & haec & illa, nus-
quam a motu cessans.*

XII. Homines autem ex manifestis ea etiam, quae latent,
considerare nesciunt. ² Cum enim artibus utantur naturae hu-
manae

so magis naturale est, quam post
lunam & minora astra, solem nomi-
nari, ubi laudatur πῦρ πάντων ἐπι-
κρατέεμενον, διέπον ἅπαντα κ.τ.λ.
Ergo sic dedisse, vel non multo a-
liter, puto auctorem f. 38. αἱ δὲ μέσαι

καὶ εἰσὼ καὶ ἔξω περαίνουσαι ἡλίου
δύναμιν κ.τ.λ.

† Vir doctus apud Cl. Trillerum,
ἀψοφον ex Hesychio, vel ἀψαυσον.
Neutrum necessarium ipso iudice.



μοίῃσιν ἀνδραπίνῃ φύσει, οὐ γινώσκουσι. ³ Θεῶν γὰρ νῆος ἑδίδαξε μι-
 μέεσθαι τὰ ἑαυτῶν, ⁴ γινώσκοντας ἃ ποιοῦσι, ⁵ καὶ οὐ γινώσκον-
 τας ἃ μιμνέονται. ⁶ πάντα γὰρ ὅμοια, ἀνόμοια ἔόντα, ⁷ καὶ σύμ-
 φορα πάντα, καὶ διάφορα ἔόντα, διαλεγόμενα, οὐ διαλεγόμενα,
⁹ γνῶμην ἔχοντα, ἀγνώμονα, ¹⁰ ὑπεναντίον ὁ τρόπος ἑκάστων ὁμο-
 λογούμενος. ¹¹ νόμος ^h γὰρ καὶ φύσις, ¹² οἷσι πάντα διαπρησσόμενα,
¹³ οὐχ ὁμολογέεται ὁμολογούμενα. ¹⁴ νόμον γὰρ ἔδεσαν ἀνδρωποὶ
 αὐτοὶ ἑαυτοῖσιν, ¹⁵ οὐ γινώσκοντες περὶ ᾧ ἔδεσαν. ¹⁶ φύσιν δὲ πάντες
 θεοὶ δικόσμησαν. ¹⁷ τὰ μὲν οὖν ἀνδρωποὶ ἔδεσαν, οὐδέποτε κατὰ
 τὸ αὐτὸν ἔχει, οὔτε ὀρθῶς, οὔτε μὴ ὀρθῶς. ¹⁸ ὅκιστα δὲ θεοὶ ἔδε-
 σαν. αἰεὶ ὀρθῶς ἔχει. ¹⁹ καὶ τὰ ὀρθὰ καὶ τὰ μὴ ὀρθὰ, τοσοῦτον
 διαφέρει. ²⁰ Ἐγὼ δηλώσω τέχνας φανεράς ἀνθρώπου, παθήμασιν
 ὁμοίας εἰούσας καὶ φανεροῖσι καὶ ἀφανέσι.

** XV.

manae, ejusque rationibus agendi, similibus, id non agnoscunt.
³ Deorum enim mens illos docuit imitari sua, Deorum, opera,
⁴ ita ut intelligant quidem, quid agant, ⁵ non intelligant au-
 tem, quae imitentur. ⁶ similia enim omnia quantumvis diffi-
 milia, ⁷ & conveniunt omnia, etiam quae diversa sunt, ⁸
 quae disputantur & quae non disputantur, ⁹ quae rationem ha-
 bent & quae non habent; ¹⁰ in contrarium tendunt confessi
 uniuscujusque mores; ¹¹ Lex enim & instituta quaecunque
 hominum, & natura, ¹² quibus efficiuntur omnia, ¹³ non con-
 sentiunt plane, etiam cum consentiunt quibusdam rebus. ¹⁴
 Legem loquendi & agendi enim sibi ipsis homines posuerunt,
¹⁵ qui nec intelligunt ea, de quibus posuere; ¹⁶ naturam au-
 tem Dii omnes exornarunt. ¹⁷ Quae igitur posuere homines,
 ea nunquam eodem modo habent, neque recte neque secus.
¹⁸ Quae autem Dii constituunt, ea bene semper habent. ¹⁹
 Et recta & minus recta tantum differunt, quod illa Deorum sunt
 opera, haec hominum. ²⁰ Caeterum ego jam demonstrabo, ar-

R 3

tes

h Quam late pateat νόμος Philosophis hīlce, dictum ad c. 5, 16.



**** XV.** Μουσικῆς ὄργανον ὑπάρχει δὲ πρῶτον, ² ἐν ᾧ δηλώ-
 σει ἂ βούλεται. ³ ἁρμονίη, συντάξεις ἐκ τῶν αὐτῶν, οὐχ αἱ αὐταί,
⁴ ἐκ τοῦ ὀξέος, ἐκ τοῦ βαρέος, ⁵ ὀνόματι μὲν ὁμοίων, φθόγγῳ δὲ
 οὐχ ὁμοίων. ⁶ τὰ πλεῖστα διάφορα, μάλιστα συμφέρεται, ⁷ καὶ τὰ
 ἐλάχιστα διάφορα, ἥκιστα συμφέρεται. ⁸ εἰ δὲ ὅμοια πάντα ποιήσῃ
 τις, οὐκ ἐνὶ τέρψει. ⁹ αἱ πλεῖσται μεταβολαὶ καὶ πολυειδέστα-
 ται, μάλιστα τέρπουσι. *¹⁰ Οὕτω

tes manifestas hominum, similes esse affectionibus rerum tum
 manifestis, tum occultis.

* * *

Hinc longam instituit enumerationem artium, aruspici-
 cinae, ferrariae, fulloniae, sutoriae, medicinae, li-
 gnariorum fabrorum, architectorum, musicae, coqui-
 nariae, iterum musicae, & plurimarum; ostenditque
 in omnibus esse aliquam naturae imitationem, per ea,
 quae contraria sibi videntur & pugnantia, ad efficien-
 dum aliquid progredientis. Et videtur in compendi-
 um redegisse hunc locum Aristoteles, vel si quis alius
 auctor libri de Mundo c. 5. De musica speciminis lo-
 co pauca proferemus, quo illustrentur ea, quae ad c.
 9, 17 no. v. dicta sunt.

XV. Musices instrumentum adesse primum oportet, ² in
 quo illa, quae vult, indicet. Harmonia sunt series *ἑ* *ordina-*
tae constructiones, ex iisdem *tonis* non eadem, ⁴ ex acuto,
 ex gravi, ⁵ nomine quidem similia, sono autem non simi-
 lia. ⁶ Quae maxime *intervallis* a se distant, *ea* maxime
 conveniunt, *vel consonant*, (ut *diapason* s. *octava*) ⁷ quae ve-
 ro minime distant, (ut *secunda* vel *septima*) minime conve-
 niunt. ⁸ Si vero similia quis facere velit omnia, non inerit
 delectatio; ⁹ plurimae mutationes, & figuris maxime variae,
 maxime delectant.

Post



* *

** Οὕτω μὲν αἱ τέχναι πᾶσαι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐπικου-
 ρωμένοι.

XVIII. (C. IX. Chart.) Ἡ δὲ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου, ὥσπερ
 μοι καὶ προεῖρηται, σύγκρησιν ἔχουσα πυρὸς καὶ ὕδατος, ² μέρη δὲ
 ἀνθρώπου, ἐσέρπει ἐς ἅπαν ζῶον, ὃ, τι περ ἀναπνέει. ³ καὶ δὴ καὶ
 ἐς ἀνθρώπον πάντα, καὶ νεώτερον καὶ πρεσβύτερον. ⁴ αὖξεται† δὲ οὐκ
 ἐν πᾶσιν ὁμοίως. ⁵ ἀλλ' ἐν μὲν τοῖσι νέοισι τῶν σωμάτων, ⁶ ἅτε τα-
 χέως ἐούσης τῆς περιφορῆς, ⁷ καὶ τοῦ σώματος ὄντος αὖξιμου ⁸ ἐκ-
 πτερούμενα ¹ καὶ λεπτυνόμενα καταναλίσκεται ἐς τὴν αὖξιν τοῦ
 σώμα-

* *

*Post longam denique enumerationem artium, tandem ita
 concludit.*


*Sic quidem artes omnes commune quiddam cum natura hu-
 mana habent.*

ac pergit.

XVIII. Anima autem hominis, ut etiam ante mihi prae-
 dictum est, (c. 8, 7 sq.) temperatam commistionem habens
 ignis & aquae, 2 partes autem omnes hominis, irrepit in omne
 animal, quodcunque spirat: 3 ergo & in unumquemque ho-
 minem, & juniorem *justa aetate*, & seniore. 4 Crescit
 autem non in omnibus similiter. 5 Sed in junioribus *justo*
 corporibus, 6 cum celer fit *humorum* circuitus, *quo minus*
nidum otiose sibi parare possint in novo diversorio haec animalia,
 7 & corpus crescens, 8 volucra fiunt, & extenuantur consu-
 mun-

† Hippocrates Epidem, 6, 5,
 9 φύεσθαι i. e. alescere & naturales
 motus habere dicit animas, usque
 ad mortem.

i Pertinere haec verba ad ψυ-
 χὰς, dubitari nullo modo potest.
 Sed mutato genere auctor, neutra
 jam



σώματος. ⁹ ἐν δὲ τοῖσι πρεσβυτέροισιν, ¹⁰ ἅτε βραδίνης εὐουσις τῆς κινήσιος, ¹¹ καὶ δὴ ψυχροῦ τοῦ σώματος, ¹² καταναλίσκεται ἐς τὴν μείωσιν τοῦ ἀνθρώπου. ¹³ ὅκοσα δὲ τῶν σωμάτων ἀκμάζοντά ἐστι, ¹⁴ καὶ ἐν τῇσιν ἡλικίῃσι τῇσι γονίμῃσι, ¹⁵ δύναται τρέφειν καὶ αὖ-
 ξειν. ¹⁶ Δυνάσται δὲ ἄνθρωποι, ὅτις δύναται πλείστους ἀνθρώπους τρέφειν, οὗτος ἰσχυρός. ¹⁷ ἀπολειπόντων δὲ τῶν παρ' αὐτοῦ τρέφο-
 μένων, οὗτος ἀσθενέστερος. ¹⁸ τοιοῦτον καὶ ἕκαστα τῶν σωμάτων †
¹⁹ ὅκοια πλείστας δύναται ψυχὰς τρέφειν ¹, ταῦτα ἰσχυρότερα. ²⁰
 ἀπελθόντων δὲ τούτων, ἀσθενέστερα. ²¹ ὃ, τι μὲν οὖν ἄλλοσε ἐσέλ-
 θῃ,

munturque in augmentum corporis: ⁹ in senioribus autem,
¹⁰ quippe tardo motu, ¹¹ & frigido corpore, ¹² consumuntur
 & ipsa in imminutionem corporis, *s. dum caeterae partes mi-
 nuuntur & indurescunt.* ¹³ Quotquot autem corpora maturi-
 tatem adlēcuta sunt, ¹⁴ & aetatibus ad generandum aptis, ¹⁵
 ea nutrire *has animas* possunt & augere. ¹⁶ Potentes autem
 homines, ut quisque plurimos potest alere homines, ita cen-
 setur potentissimus: ¹⁷ quo magis autem deficiunt, qui
 ab illo alantur, eo est imbecillior. ¹⁸ Eodem modo etiam
 singula corpora, ¹⁹ ut plurimas possunt alere animas, ita sunt
 robustissima. ²⁰ deficientibus vero his, *sunt* infirmiora.
²¹ Quodcunque igitur *animalculum* aliorum ingreditur, *s. in
 alium*

jam facit, quae feminino alias effert,
 consuetissima optimis quibusque
 scriptoribus fynesi: aequè enim
 ζῶα vel ζῷδια vocare potuit, & vo-
 cavit c. 5, 21. Itaque & nos *ani-
 mas*, & *animalcula* promiscue ad-
 hibemus. Sic etiam c. 8, 10. Cl.
 Mack. ἐκφυγεμένη καὶ λεπτονο-
 μένη ex MS.

† Πλεῖστα, quod incluferam,
 nunc plane omisi auctoritate cod.
 MS. apud Cl. Mack,

1 Heroas quosque maximos,
 eosdem γονιμωτάτους fuisse, & ad
 lasciviam usque Venereos, constat.
 Tales Jupiter, Hercules, Achilles,
 Caesar, Carolus M. &c. Vid. Py-
 thagorae vox apud Laërt. 8, 9.



Θη, οὐκ αὐξέται, ²² ὅ, τι δὲ ἐς τὴν γυναῖκα, αὐξέται ἢν τύχη τῶν προσηκόντων.

XIX. Διακρίνεται † δὲ τὰ μέλεα ἅμα πάντα καὶ αὐξέται. ² καὶ οὔτε πρότερον οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου, οὐδ' ὕστερον. ³ τὰ δὲ μέζω φύσει πρότερα φαίνεται τῶν ἐλασσόνων, ⁴ οὐδὲν πρότερα γινόμενα. ⁵ οὐκ ἐν ἴσῳ δὲ χρόνῳ πάντα διακοσμέεται, ⁶ ἀλλὰ τὰ μὲν, θάσσον, τὰ δὲ βραδύτερον, ⁷ ὅπως ἦν καὶ τοῦ πυρὸς ἕκαστα τύχη, καὶ τῆς τροφῆς. ⁸ τὰ μὲν οὖν, ἐν τεσσαράκοντα καὶ τρισὶν ἡμέρησιν ἴσχει, ⁹ τὰ δ' ἐν τετραμήνῳ. ¹⁰ ὡσαύτως καὶ γόνιμα γίνεται, τὰ μὲν θάσσον, ἐπτάμηνα τελείως. ¹¹ τὰ δὲ βραδύτερον, ἐννέα μηνὶ τε-
λεί-

alium quemcunque locum devenerit, non crescit: 22 quodcunque vero in mulierem, crescit, si convenientia loca & alimenta nanciscatur.

XIX. Discernuntur autem membra simul omnia & augentur: 2 neque prius quodquam alterum altero, neque posterius; 3 sed quae majora sunt aliis natura, ea prius in conspectum veniunt, quam minora, 4 licet nihilo prius existant. 5 Neque vero aequali tempore exornantur, perficiunturque in utero omnia membra, 6 sed alia quidem celerius, alia vero tardius, 7 prout & ignis copiam nacta fuerint singula, & alimmentorū. 8 Alia quidem igitur membra, plane perfecta, quadraginta & tribus diebus habet embryo, 9 alia vero quadrimestri. 10 Similiter ipsi in utero infantes ad nascendum maturi fiunt, alii quidem celerius, septimestres perfecte; 11 alii vero

† Διακρίνεσθαι illam mutationem significat, cum aliquid videri, cerni, atque adeo ab alijs distingui, discerni incipit. Hoc ergo dicit, si satis acuti essent sensus nostri,

quo tempore distinguere incipimus in embryone V. G. caput, oculos, cor, distinguemus etiam intestina omnia &c.



λείως ^m ἐς φάος ἀναδείκνυται. ¹² ἔχοντα τὴν σύγκρησιν, ἥνπερ καὶ διὰ παντὸς ἔξει. (C. X. Chart.) ¹³ ἄρρενα μὲν οὖν καὶ θή-
 λεα ἐν τῷδε τῷ τρόπῳ γίνοιτ' ἂν ὡς ἀνυσόν. ¹⁴ τὰ δὲ θήλεα,
 πρὸς ὕδατος μᾶλλον, ἀπὸ τῶν ψυχρῶν καὶ ὑγρῶν καὶ μαλθα-
 κῶν αὐξεται, καὶ σίτων, καὶ ποτῶν, καὶ ἐπιτηδεύματων. ¹⁵ τὰ
 δὲ ἄρσена, πρὸς πυρὸς μᾶλλον, ἀπὸ τῶν ξηρῶν δηλαδὴ καὶ θερ-
 μῶν, σίτων τε καὶ λοιπῆς διαίτης.

XX. Ἦν οὖν θῆλυ τεκεῖν βούλοιτο, τῇ πρὸς ὕδατος διαιτή-
 σει χρηστέον. ² ἦν δὲ ἄρσена, τῇ πρὸς πυρὸς ἐπιτηδεύσει διαιτητέον.
³ καὶ οὐ μόνον δὲ τὸν ἄνδρα δεῖ τοῦτο διαπρῆσσεσθαι, ἀλλὰ καὶ
 τὴν γυναῖκα. ⁴ οὐ γὰρ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς μόνον αὐξιμὸν ἔστιν
 ἀποκριθῆναι, ⁵ ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γυναικὸς, διὰ τὸδε. ⁶ ἐκάτε-
 ρον

vero tardius, novem mensibus integris luci ostenduntur, ¹²
 habentes temperamentum illud, quod semper habituri sunt.
¹³ Mares quidem & feminae ad hunc modum nasci videntur,
 quousque pervenire licet *conjectando*. ¹⁴ Feminac, quae
 ad aquam magis accedant, a frigidis, & humidis, & molli-
 bus crescunt, tum cibis, tum potibus, tum studiis, v. g.
natandi, versandi in aëre palustri, navigandi: ¹⁵ Mares autem
 igni viciniore, a ficcis nempe & calidis cibis, & reliqua
 vivendi ratione crescunt.

XX. Si igitur feminam parere velit, victu aquae vicino
 utendum; ² si marem, vivendum studiis igni cognatis. ³
 Neque virum solum observare hoc oportet, sed mulierem
 quoque. ⁴ Nec enim id solum genitale est & incrementum
 capit, quod a viro excernitur *in coitu*, ⁵ verum illud etiam,
 quod a muliere, propterea quod ⁶ alterutra pars non habet
 mo-

^m Videtur legendum τελέεισις.
 Caeterum de illa dierum & men-
 sium ratione vel observationes vel

opinionες habes in libro περὶ φύ-
 σιος παιδίδ c. 10, 1 sqq.



ρον μὲν τὸ μέρος οὐκ ἔχει ικανὴν τὴν κίνησιν τῷ πλήθει τοῦ ὑγροῦ,
 7 ὥστε καταναλίσκειν τὸ ἐπιρρέον, 8 καὶ ξυνίσταται ° δι' ἀσθενείην τοῦ πυρός. 9 ὁκόταν δὲ κατὰ τοῦτο P ἀμφοτέρωθεν συνεμπεσόντα τύχη, περιπίπτει πρὸς ἀλλήλα, 10 τὸ πῦρ τε πρὸς τὸ πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ ὡσαύτως. 11 ἦν μὲν οὖν ἐν ξηρῇ τῇ χώρῃ περικινέεται °, 12 κρατεῖ τοῦ ξυνεμπεσίντος ὕδατος, 13 καὶ ἀπὸ τούτου αὐξεται τὸ πῦρ, 14 ὥς τε μὴ κατασβέννυσθαι ὑπὸ τοῦ ἐμπίπτοντος κλύδωνος, 15 ἀλλὰ τό, τε ἐπιὸν δέχεσθαι καὶ συνίστάναι ὑπάρχον. 16 ἦν δὲ ἐς τὸ ὑγρὸν πέση, 17 εὐθέως ἀπ' ἀρχῆς κατασβέννυται τε ὑπὸ τοῦ ἐμπίπτοντος


motum, qui par sit multitudini humoris *in utero praesentis*, 7 ut absumere adfluentem possit, 8 & consistit *suppressō motu*, ob imbecillitatem ignis. 9 Cum vero contingit, ut utraque *feminia tum maris tum mulieris* una incidant *in uterum*, & in se invicem irruant, 10 ignis, *unum elementum seminis*, in ignem, & aqua, *elementum alterum*, similiter. 11 Si igitur in sicca satis regione circumagantur, 12 evincunt illapsam una aquam: 13 & ab hac re augetur ignis, 14 ut non *tantum non* exstinguatur fluctu *f. humore naturali uteri* irruente, 15 sed & recipiat supervenientem *aquam*, & praesentem jam cogat & *consistere faciat*. 16 Si vero in humidum inciderit, 17 statim ab

o Sic in libris omnibus esse testatur Foësius, & sensus est commodus, quem expressimus, convenitque cum his quae c. 4, 18 dicuntur.

P Lego & interpretor non τῆτο, sed τ'αυτὸ vel τωυτὸ, quod sensus nimis aperte postulat: meminisse saepissime haec pronomina

confundi etiam alias. Et dedit ex MS. τωυτὸ Cl. Mackius.

q Importune & contra fidem optimorum librorum hic inferitur τὸ πῦρ. Neque enim simpliciter de igne hic sermo est, sed de integro animalculo, ex quo fit conceptus.



τος κλύδωνος, ¹⁸ καὶ διαλύεται εἰς τὴν μείω· ¹⁹ τᾶξιν· ¹⁹ ἐν μῆνι δὲ ἡμέρῃ [†] τοῦ μηνὸς ἐκάστου δύναται συστῆναι καὶ κρατῆσαι τῶν ἐπιόντων, ²⁰ καὶ ταῦτ' ἦν τύχη ζυγεμπεσόντα παρ' ἀμφοτέρων κατὰ τόπον.

XXI. Συνίστασθαι δὲ δύναται καὶ τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρσεν πρὸς ἀλλήλα. ² διότι * ἡ μὲν ψυχὴ τὸ αὐτὸ πᾶσι τοῖσι ἐμφύχοι-
σι, ³ τὸ δὲ σῶμα διαφέρει ἐκάστου. ⁴ ψυχὴ μὲν οὖν αἰεὶ ὁμοίη,
καὶ ἐν μείζονι καὶ ἐλάσσονι. ⁵ οὐ γὰρ ἀλλοιοῦται οὔτε διὰ φύσιν
οὔτε

ab initio & exstinguitur ab irruente fluctu, ¹⁸ & in minorem classem dissoluitur, *ut nova sors exspectanda sit.* ¹⁹ Uno autem uniuscujusque mensis die (*an spatium unius mensis?*) possunt *bina animalcula* consistere, & subigere supervenientia, *ne ab ipsis suffocentur, sed ipsa potius in alimentum convertant;* ²⁰ idque si forte quadam ab utrisque parentibus una incidant in locum idoneum.


XXI. Consistere autem, *ἔ* ad unum embryonem constituendum uniri possunt & feminini generis homunculus & masculini inter se invicem, ² propterea quod anima quidem idem est animatis omnibus, ³ corpus autem differt uniuscujusque. ⁴ Anima quidem igitur semper similis & in majore & in minore: ⁵ neque enim mutatur neque per naturam suam, neque per

† Compara τὰ ἐπὶ τῷ μείον
όντα c. 7, 15.

† Si diem intelligit naturalem & communem, non intelligo, quid opus fuerit adjicere τῷ μηνὸς ἐκάστου. nec quo experimento induci potuerint in hanc sententiam homines: si ἡμέρα μηνὸς sit spatium mensis, conveniet cum iis, quae habentur de Nat. pueri c. 14,

9 sqq. Sed ita non satis apparet, cur dixerit μῆνι δὲ ἡμέρα, & non potius μηνὸς ἐνός. Ἡμέραν pro tempore ponit etiam Arist. Rhet. 2, 12 & 13. Videndum, an huc faciat, quod est de temporibus formati & perfecti partus ex Pythagorae placitis apud Diog. Laërt. 8, 29.

* Pulchre hic inserit MS.
apud



οὔτε δι' ἀνάγκην ἢ 6 σῶμα δὲ, οὐδέποτε τὸ αὐτὸ οὐδενὸς οὔτε κατὰ
 φύσιν, οὔθ' ὑπὲρ ἀνάγκης 7 τῷ ἢ μὲν διακρίνεσθαι εἰς πάντα, 8 τῷ
 δὲ ζυμμίεσθαι πρὸς ἅπαντα, 9 ἢν μὲν οὖν ἄρσενά τὰ σώματα
 ἀποκριθέντα ἀμφοτέρων τύχη, 10 αὐξεται κατὰ τὸ ὑπάρχον, 11
 καὶ γίνονται οὗτοι ἄνδρες λαμπροὶ τὰς ψυχὰς, καὶ τὸ σῶμα
 ἰσχυροί, 12 ἢν μὴ ἀπὸ διαίτης βλαβῶσι τῆς ἐπειτα. 13 ἢν δὲ τὸ μὲν
 ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ἄρσεν, ἀποκριθῇ, 14 τὸ δὲ ἀπὸ τῆς γυναικὸς, θῆλυ,
 15 καὶ ἐπικρατήσῃ τὸ ἄρσεν, 16 ἢ ἢ μὲν ψυχὴν, 17 προσμίσγεται πρὸς
 τὴν

per necessitatem, a causis externis ortam; 6 corpus autem
 nunquam cujusquam idem est, neque natura id patiente, ne-
 que efficere id valente externa vi ac necessitate, 7 eo quod ex-
 cernitur in omnia, h. e. partes quasdam suas amittit in vicina
 spacia dissipandas, 8 & miscetur ad omnia, h. e. vicinorum cor-
 porum partes ad se recipit & in substantiam vertit. 9 Si igitur
 contingat corpora ab utrisque parentibus excreta esse ma-
 sculina, 10 augentur secundum statum praesentem, 11 fiunt-
 que hi viri splendidi animis & corpore robusti, 12 nisi a con-
 sequente victus ratione noxam trahant. 13 Sin vero a viro
 quidem mas excernatur, 14 a muliere autem femina, 15 &
 obtineat mas; 16 anima 17 commiscetur robustiori imbecil-
 lior,

apud Mack. ista, καὶ ἐν ἀμφοτέ-
 ροισιν ἀμφοτέρω τρέφεται, καὶ
 διότι κ. τ. λ.


f Diversa ratione ἀνάγκης
 appellationem accipit noster: cum
 autem τῇ φύσει opponit, ut hic,
 ut in hoc ipso libro c. 1, 12, notat
 externam quandam a vi illata ne-
 cessitatem. Cf. c. 6, 24.

t Nimis aperte hic caussa in-
 dicatur, cur idem esse, & unum

quendam statum servare non pos-
 sit corpus. Itaque ausus sum mu-
 tatione levissima τὸ in τῷ mutare,
 quae pronuntiatione plerumque ni-
 hil distant; & est sic in Linden-
 & Mack. & adnotatur in Charter-
 riana, Cornarium sic legisse. Nem-
 pe hic est ille Heracliti ῥῆς s. flu-
 xus perpetuus rerum.

v Pro vulgato ἢν μὲν τύχην
 - ἢ ἀδενεσέτην, pro quo conie-

ceram



τὴν ἰσχυροτέραν ἢ ἀσθενεστέραν. ¹⁸ οὐ γὰρ ἔχει πρὸς τι ὁμοτρο-
φώτερον ἀποχωρήσει x τῶν παρεόντων. ¹⁹ προσδέχεται γὰρ ἡ μι-
κρὴ τὴν μείζω, καὶ ἡ μείζων τὴν ἐλάσσονα, ²⁰ κοινῇ δὲ τῶν ὑπαρ-
χόντων κρατέουσι, ²¹ τὸ δὲ σῶμα τὸ μὲν ἄρσεν αὐξεται, † ²² τὸ
δὲ θῆλυ μειοῦται, καὶ διακρίνεται εἰς ἄλλην μοῖρην. ²³ καὶ οὗτοι μὲν
ἦσσαν τῶν πρότερον λαμπροὶ, ²⁴ ὅμως δὲ διότι ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς τὸ
ἄρσεν ἐκράτησεν, ἀνδρεῖοι γίνονται, ²⁵ καὶ τὸν νομα τοῦτο δικαίως ἔχου-
σιν. ²⁶ ἦν δὲ ἀπὸ μὲν τῆς γυναικὸς ἄρσεν ἀποκριθῆ, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀν-
δρὸς θῆλυ, ²⁷ κρατήσῃ δὲ τὸ ἄρσεν, ²⁸ αὐξεται τὸν αὐτὸν τρόπον
τῷ

lior, 18 neque enim habet in his, quae adsunt, quidquam, ad
quod se applicet, quicum nutriatur commodius: 19 recipit
enim maiorem animam minor, & major minorem, 20 atque
facta conjunctione, communiter ea, quae adsunt in utero, hu-
mida evincunt, & in alimenta sua convertunt. 21 Corpus au-
tem animae alterius masculinum, in statu praecedente conce-
ptionem, cum vasa spermatica incoheret, adsumtum, augetur,
22 femininum vero alterius animae minuitur, & ad aliam for-
tem in posterum forte subeundam secernitur ab embryone. 23
Et hi, qui hac ratione oriuntur, minus quam priores clari;
24 attamen, quod profectus a mare mas superavit, masculi,
i. e. fortes, fiunt, 25 & hoc nomen jure obtinent. 26 Sin
vero a muliere mas excretus fuerit, a viro autem femina, 27
superetque mas, 28 is incrementa capiet eodem modo quo
prior:

ceram ἀσθενεστέραν, non dubitavi
ponere & interpretari lectionem,
quam ex MS. dedit Cl. Mackius.

x Mollius fluat haud dubie ora-
tio, si levissima mutatione legas &
γὰρ ἔχει πρὸς τι ὁμότροπον ὀπο-
χωρήσαι, vel πρὸς ὃ, τι - - ἀπο-
χωρήσει, aut, ut est ex M. R. in
Charteriana adnotatum, ἀποχωρή-

σειε. Neque tamen intolerabile
aut inauditum fuerit sic, & γὰρ
ἔχει, πρὸς τί ὁμ. ἀποχωρήσει vel
ἀποχωρήσειε, ut illud interrogati-
vum τί infinita interrogatione, vel
relative positum dicatur.

† Nempe sexus pertinet ad σῶ-
μα, V. c. 8, 10. c. 21, 2 sq. Hinc 1.9
jam vocantur ἄρσενα τὰ σῶματα.




τῷ προτέρῳ· 29 τὸ δὲ μειοῦται. 30 γίνονται δὲ οὗτοι ἀνδρόγυνοι καὶ καλέονται τοῦτο ὀρθῶς.

XXII. Τρεῖς μὲν οὖν αὗται γενέσεις τῶν ἀνθρώπων. 2 διάφοροι δὲ πρὸς τὸ μᾶλλον καὶ ἥσσον τὸ ταιοῦτον εἶναι 3 διὰ τὴν σύγκρησιν τοῦ ὕδατος τῶν μερέων, καὶ τροφᾶς, καὶ παιδείας, καὶ συνηθείας. 4 δηλώσω δὲ προϊόντι τῷ λόγῳ καὶ περὶ τούτων. 5 τὸ δὲ θῆλυ γίνεται κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. 6 ἦν μὲν ἀπ' ἀμφοτέρων θῆλυ ἀποκριθῆ, 7 θηλυκώτατα καὶ εὐφυέστατα γίνονται. 8 ἦν δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς γυναικὸς θῆλυ, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἄρσεν, 9 κρατήσῃ δὲ τὸ θῆλυ, 10 αὐξεται τὸν αὐτὸν τρόπον. καὶ θρασύτεραι μὲν τῶν πρόσθεν, 11 ὅμως δὲ κόσμια καὶ αὐταί. 12 ἦν δ' ἦν τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς θῆλυ, τὸ δ' ἀπὸ τῆς

prior: 29 altera autem femella minuitur: 30 fiunt autem hi viri effeminati, & merito ita vocantur.

XXII. Tres igitur hae sunt hominum generationes, s. modi quibus generantur homines; 2 differunt autem, ut gradu vel majore vel minore sint tales, 3 propter temperamentum aquae partium, s. prout in partibus, quibus constant, aqua igni temperata est, propter alimenta, & instituendi rationes, & consuetudines. 4 Declarabo autem procedente libro etiam de hisce. 5 Femina autem eodem modo nascitur. 6 Si quidem ab utrisque excernatur femella, 7 maxime muliebres, & optima natura feminae fiunt, pulcherrimae, tenerissimae, modestissimae; quidquid naturale est in femina, eminenter habent. 8 Si vero, quod a muliere profectum est, est mulier, & mas quod a viro, 9 superet autem femina; 10 augescunt eodem modo, & audaciores quidem fiunt prioribus, 11 tamen decoris observantes & hae. 12 Si vero fuit, quod a viro venit, femina, & mas quod a muliere,



τῆς γυναικὸς ἄρρεν, ¹³ κρατήσῃ δὲ τὸ θῆλυ, ¹⁴ αὐξεται τὸν αὐ-
τὸν τρόπον, καὶ γίνονται τολμηρότεραι τῶν προτέρων, ¹⁵ καὶ ἀνδρεῖαι
ὀνομάζονται. ¹⁶ εἰ δὲ τις ἀπιστεῖ ^z, ψυχὴν μὴ προσμίσγεσθαι ψυχῇ,
ἄφρων ἐστίν. ¹⁷ ἄνθρακας κεκαυμένους πρὸς κεκαυμένους προσβάλλων,
ἰσχυροὺς πρὸς ἀσθενέας, τροφὴν αὐτοῖσι διδοὺς, ¹⁸ ὅμοιον τὸ σῶμα
πάντες παρασχέσονται, καὶ οὐ διάδηλος ἕτερος τοῦ ἑτέρου,
¹⁹ ἀλλ' ἐν ὁμοίῳ σώματι ζωπυρέονται, τοιοῦτον ἀπὸ πάντων ἐστίν.
²⁰ ὁκόταν δ' ἀναλώσῃ τὴν ὑπάρχουσαν τροφήν, διακρίνονταί
ἐς τὸ ἄδηλον. ²¹ τοῦτο καὶ ἀνθρωπίνη ψυχὴ πάσχει.

¹³ superetque femina; ¹⁴ eodem modo incrementa capiunt,
& fiunt audaciores proximis, ¹⁵ ac viragines appellantur.
¹⁶ Si quis vero credere nolit, quod ad hoc posuimus, ani-
mam admisceri animae, insipiens est. *Id quod similitudine*
declarabo. ¹⁷ Carbones accensos ad accensos alios si
adjeceris, robustos ad imbecilles, nutrimentum illis suppe-
ditans; ¹⁸ simile omnes corpus exhibebunt, nec conspicuus
alius prae alio, ¹⁹ sed in quocunque corpore animantur, cu-
juscunque coloris, ardoris, corpus efficitur ab utrisque, tale
erit ab omnibus. ²⁰ Cum vero nutrimentum quod adest ab-
sumserint, *s. potius ignis per illos repens absumserit atque dis-*
sipaverit, lecernuntur in statum obsecrum, ut neque cineres
diversorum carbonum dignosci jam possint, & ipsi mox a vento
dissipentur vel in terram evanescant. ²¹ Haec etiam humanae
animae conditio est: coalescere possunt animae duo animantes
corpora, alterius corporis partes prius dissipari possunt, potest deni-
que, quod superavit corpus, ipsum quoque dissolui, & in sua ele-
menta redire, anima autem ad priorem suam conditionem relabi.

^z Vel sic legendum, vel, ut est in Charter. ἀπιστοίη.



COROLLARIUM ANIMARUM HIPPOCRATIS

DE


ILLARVM REPRAESENTATIONE SVB
IMAGINE PAPILIONIS.

Non sine favore exceptae sunt animae nostrae. Pervenere tamen ad me virorum doctorum vel objectiones, vel desideria, quibus satisfacere tanto magis velim equidem, cum similia aliis in mentem venire posse credibile sit. Fuit ergo, qui diceret, quod microscopiorum ignara fuisset antiquitas, de animalculis Leuwenhoeckianorum similibus eos cogitare potuisse, minime esse verosimile; fuit, qui putaret, quod incognita illis fuisset mirabilis erucarum in papiliones transmutatio, eam neque societati nominis, neque sententiae ipsi, quam auctori de Diaeta tribuam, occasionem dare potuisse. Sunt viri antiquae doctrinae, quatenus ex libris ea hauriri Graecis Romanisque potest, peritissimi, quibus deest facultas monumenta lapidum, gemmarumque, & eruditae illius suppellectilis, inspiciendi. His omnibus, quantum ejus fieri potest, occurratur hic breviter, vel potius succurratur.

Jam illud de microscopiis non ita refellere animus est, ut antiquis ea vindicem. Quamquam speciem aliquam suppeditare posset Seneca, qui Natural. Quaest. 1, 6 *Litterae*, inquit, *quamvis minutae & obscurae, per vitream pilam aqua plenam majores clarioresque cernuntur*: quid enim hoc ad illas aut lentes, aut sphaerulas pilulasve, quae adhibendae sunt, si quis videre velit innumerabiles illos variorum humorum incolae?

T

His




His igitur Senecae pilis non utar. Sed ajo idem accidisse Heraclito, vel qui primus animo vidit ista ζῶα, quod illi usu venit, five Aristarchus Samius est (apud Stobaeum ecl. Phys. c. 19) five quis alius, a quo monitus Claudianus quaerere ait Mallium Theodorum (Consul. 106) *Sitne color proprius rerum, lucisne repulsu Eludant aciem?* Ut hic conjectura animi aliquid eorum vidit, quae postea oculis ipsis subiecit Neutonus: ita disputando & conferendis rationibus eo peruenit Heraclitus, de quo ut multis post saeculis cogitarent Leuwenhoeckius & tot alii, suis demum a vitris admoniti sunt.

II. Quomodo in sententiam illam, & quibus velut gradibus, venerit Heraclitus, tota superiori disputatione ostensum est, & hic breviter repetetur. Cum ex nihilo fieri nihil, nihil sponte sua existere, poneret cum omnibus; cum non totorum modo corporum hanc rationem esse, sed singulorum etiam membrorum ac partium, analogia quadam, hoc est similitudine rationis, judicaret, cum, quo usque oculis persequi licet femina plantarum atque animalium, appareat, adesse flamina quaedam & lineamenta veluti, quibus implendis dilatandisque illa crescant: cum, ubi deficiunt sensus, rationem & argumentationem in tota doctrina naturae adhibendam censuerit: non tam profecto mirum est, in illas cogitationes virum acutum ingeniosumque devenisse, quam mirum est, non pluribus id, Aristoteli praesertim, placuisse; aut ita obscurari sententiam, luculentis adeo verbis in libris de Diaeta expositam, potuisse: ut ibi tot saeculis velut sepulta delitesceret, & primo statim adspectu suo homines eruditos, velut Medusae quoddam caput, deterreret, ut ne quaerere quidem luberet diligentius, sed totum librum pro desperato depositoque relinquerent.

III. Ceterum notam fuisse antiquis admirabilem illam insectorum quorundam, nominatim papilionum, transformationem

tionem, quando dubitare etiam vir eruditissimus potuit: non poenitet hic illud, ipsis etiam verbis referendis, ostendere. Igitur Aristoteles de Generat. Animal. 2 p. 1073, A. Τὰ ἔντομα σκώληκοτοκεῖ τὸ πρῶτον, προελθὼν δὲ ὡάδης γίνεται ὁ σκώληξ. ἢ γὰρ χρυσάλις καλεμένη δύναμιν ἃς ἔχει. εἰς ἑκ τῆς γίνεται ζῶον, ἐν τῇ τρίτῃ μεταβολῇ λαβὼν τὸ τῆς γενέσεως τέλος. Haec generalius dicta applicare facile est ad papiliones. *Infecta primo vermem ex minutissimo ovulo pariunt. Is vermis in erucam amplificatus procedente tempore ovi formam accipit. Ea enim quae Chrysalis vocatur, s. Aurelia, ovi naturam & vim habet. Deinde ex hoc animal volucre nascitur, tertia demum mutatione illum generationis velut orbem & finem accipiens, ut redeat papilio, e cuius minutissimo ovulo vermis ille prodierat.* Sed magis etiam disertus explicatioque est locus alter de Hist. Animal. 5, 19 p. 850 Du Vall. (in Scaligerana est c. 18 l. 214) Γίνονται δὲ αἱ μὲν καλέμεναι ΨΥΧΑΙ (observari interest hanc ipsam appellationem jam Aristotelis saeculo usitatam) ἐκ τῶν κάμπων. -- πρῶτον μὲν ἑλαττον κέγχρε. εἶτα μικροὶ σκώληκες, καὶ αὐξάνομενοι ἔπειτα, ἐν τρισὶν ἡμέραις, κάμπαι μικραί. μετὰ δὲ τὰυτὰ αὐξήθεισαι ἀκνητίζουσι, καὶ μεταβάλλουσι τὴν μορφήν, καὶ καλεῖνται χρυσάλιδες, καὶ σκληρὸν ἔχουσι τὸ κέλυφος. ἀπτομένε δὲ κινεῖνται. περιέχονται δὲ πόροις ἀραχνώδεσιν, οἱ (videtur leg. καὶ) ἔτε σῶμα ἔχουσιν, ἔτε ἄλλο τῶν μορίων διάδηλον ἔθεν. Χρόνῳ δὲ πολλῷ διελθόντος, περιρρήγνυται τὸ κέλυφος, καὶ ἐκπέτονται ἐξ αὐτῶν πτερωτὰ ζῶα, ἃς καλεῖμεν ΨΥΧΑΣ. *Fiunt illi, qui papiliones (sive ANIMAE) vocantur, ex erucis. Primo sunt aliquid minus milio. Deinde parvi vermiculi, qui dum crescunt deinde, tribus diebus fiunt erucae parvae. Deinde auctae nihil amplius moventur, & formam mutant, vocanturque Aureliae, & durum habent putamen: quod si tangas, moventur: circumdantur autem araneosis circuitibus, & neque os habent, neque aliud membrorum manifestum ullum. Multo autem interjecto tempore rumpitur putamen, evolantque*



ex illis alata animalia, quae vocamus papiliones. (five ANIMAS) Non magis igitur ignota fuit Aristoteli vulgarium illa erucarum metamorphosis, quam bombycis illius, e quo Coa illa Pamphile texere vestes docuit, de qua statim ab hoc loco nostro memorat. Post haec non opus est laudare juniores, V. G. Plutarchum Sympol. 2, 3 p. 636, C. ὡς ἡ κάμπη -- περιῤῥαγείσαι -- τὴν καλεσμένην ΨΥΧΗΝ μεθίησι &c.

IV. Verum dubitabimus ne, videre potuisse Heraclitum vel Hippocratem, quod ut vulgatum narrat Aristoteles? Quin aliud est, quod obseruasse non minus ad rem nostram pertinet. Unde putamus illam pupilionum appellationem ortam, quod eos ψυχὰς jam Aristotelis aetate vocarunt, hoc est *Animas*? Servavit hoc posteritas, quod vel solus Plutarchi locus ostendit, quem modo laudabamus. Sed non tantum sic dicebant illum erucae primo filium deinde patrem: verum ad ignobilem etiam illum nocturnas ad candelas advolantem, qui & ipse papilio vocatur, transfudere. Scholiastes Nicandri Theriac. p. 50, a. extr. ed. Colon. 1530, 4 Ἡ φάλαινά ἐστιν ἡ παῖς ἡμῶν ΨΥΧΗ -- φάλαίνα δὲ Ῥοδίων ἐστὶν ὄνομα. οὕτω δὲ αὐτοὶ τὰ περὶ τὰς λύχνας πετόμενα θηρία καλεῶσι -- καὶ τὰ πτερὰ ἔχει ὁμοίαι τῇς ἐν ταῖς κίσαις ΨΥΧΑΙΣ. Videmus ψυχὰς esse illa *animalcula circum lucernas volantia*, item quae in cistis vestimentorum & lanae receptaculis, inveniuntur. Unde ergo haec societas nominis? Vix, puto, melior hujus rei reddi ratio poterit, hac, quam illa antiqua de generatione hominum, sive philosophia sive traditio peperit, quod putarent, similitudinem intercedere inter hominem, & id animal, in quo admirabiles illas vices atque mutationes deprehenderant. Cum enim illud ratum fixumque esset omnibus, quidquid alias de natura animarum statuerent, animam esse principium motuum vitalium, quibus aluntur, crescunt, agunt aliquid, ea, quae inde vocantur animalia: qui pro substantia, pro corpore (haec enim fere promiscue significant non-

Pla-

Platonicis) habebant animam, non pro mera intensione & harmonia, ii facile poterant in eam sententiam devenire, uti animam dicerent in homine esse illud, quod in ovulo, in vermiculo, in eruca, in aurelia, in papilione perpetuum est, cuius reliquae sint mutationes, incrementa, decrementa, &c. Placuit illum statum, illam μοῖραν huius animalculi ψυχὴν vocare. qua perfectissimum est, ubi foruosulum est, alas habet, caelum petit: quem admodum νύμφην, Nympham, sponsam dixere alatum insectum, cum eo in statu est, ut formam suam integram habeat, sed tenerum, sed involutum, (quasi peplo quodam alarum, quae post paullo se expandent) proximum tamen evolutioni. Aristoteles de Hist. Anim. 5, 19 statim a verbis, quae paullo ante de erucarum mutatione prolata sunt, addit de apibus, vespis, crabronibus, ἔταν δ' ἐκ τῶν σκωλήκων ἐς τὴν διατύπωσιν ἔλθωσι, καλεῖνται μὲν ἐν ΝΥΜΦΑΙ, *Nymphas vocari ait, quum ex vermibus in formam expressam transeunt.* * Nempe *Nymphae* etiam hae ψυχὰς live *Animae* sunt, si fides Porphyrio de antro Nymphar. p. 117 med. ubi post ipsam illam Heracliticae doctrinae explicationem, quam supra dedimus ad §. 7, Ναΐδες, inquit, Νύμφαι, αἱ εἰς γένεσιν (καὶ σωματεργίαν quod p. p. addit) ἵδουσι (μοχ κατιῆσαι, *descendentes e caelo*) ψυχὰς, ὅθεν καὶ τὰς γαμυμένας ἔθος, ὡσάν εἰς γένεσιν συνεzeugμένας νύμφας καλεῖν κ. τ. λ. *Naidum Nympharum* nomine ab Homero, (potius a Philosophis Homerum ad suas sententias trahentibus) intelligi ait *animas igneae naturae ad generationem & corporis formationem* quae humoris accessione peragitur, *descendentes.* *Hinc Nymphas vocari a Graecis spon-*

* Erudite igitur Hesychius & Suidas inter alios Νύμφης intellectus etiam hunc ponunt, Νύμφαι οἱ σκώληκες οἱ πτεροφυῆντες εἰ ἐν

τῷ τῶν μελισσῶν κυτλάροις -- καὶ αἱ νεόγαμοι κόραι, *Vermes in favis apum, dum alae ipsis nascuntur -- puellae recens nuptae.*



sponsas, *generationis causa* cum viris copulatas. Conf. p. 116 extr. *Μελίσσας* f. *Apes* easdem *animas* dictas ab antiquis, narrat Porphyrius de Antro Nymph. p. 119 *non* tamen simpliciter *omnes ad generationem euntes*, sed eas, quae cum *justitia victurae* & deinde peractis quae *DIS grata sunt*, reversurae essent ad originem suam, & veluti domicilium, quod facere solent apes: Ουχ' ἀπλῶς μέντοι πάσας ψυχὰς εἰς γένεσιν ἰέσας μελίσσας ἔλεγον. ἀλλὰ τὰς μελλέσας μετὰ δικαιοσύνης βιοτεύειν, καὶ πάλιν ἀναστρέφειν ἐργασμένας τὰ θεοῖς φίλα. τὸ γὰρ ζῶον φιλόστροφον &c.

V. Jam vero symbolicae illae rationes aliquam diu non libris in vulgus editae, sed inter sacras ceremonias ac mysteria * traditae initiatis esse videntur: e quibus in publicam notitiam, velut ex Hade in lucem, protrahi coeperunt tum maxime, cum novi Christiani vulgare illas non dubitarent.

Verum

* Ad τελετὰς, mysteria, & antiquas traditiones fere provocat Plato, ubi de origine rerum, vel de statu post mortem, aliquid profert: ut in Phaedone p. 380, F. Καὶ κινδυνεύσῃ καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν ἔτοι καταστήσαντες, ὃ φαῦλοί τινεῖ εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι ὁ ἀν' ἀμύητος, καὶ ἀτέλεστος εἰς ἀδὲ ἀφίκηται κ. τ. λ. Et p. 398, B. Ἀπὸ τῶν θυσιῶν τε καὶ νομίμων τῶν ἐνθάδε τεκμαιρόμενος λέγω. Add. ibidem p. 398, D. Sic etiam in Axiocho p. 112 Clerici, Gobrias magus refert, accepisse avum suum ex tabulis aeneis in Delo olim consecratis quaedam de suppliciis apud inferos. Servavit Eusebius Praep. Evang. 3, 1

locum Plutarchi ex libro περὶ τῶν ἐν πλαταιαῖς δαιδάλων qui praeclare huc facit, Ὅτι ἡ παλαιὰ φυσιολογία καὶ παρ' Ἑλλήσι καὶ βαρβάροις λόγος ἦν φυσικὸς ἐγκεκαλυμμένος μύθοις, --- δῆλόν ἐστιν ἐν τοῖς ὀρφικαῖς ἔπεσι, καὶ τοῖς Αἰγυπτιακοῖς καὶ Φρυγίοις λόγοις. μάλιστα δὲ οἱ περὶ τὰς τελετὰς ὀργισμοὶ, καὶ τὰ δρώμενα συμβολικῶς ἐν ταῖς ἱερουργίαις, τὴν τῶν παλαιῶν ἐμφάνει διάνοιαν, Mysteria & ceremonias sacras Graecorum & Barbarorum fuisse ait Symbola eorum, quae de rerum natura docere vellent, idque exemplis deinde declarat, quae apud Eusebium licet videre.



Verum ut alias historias pariter ac Mythos gemmis in-
sculpere, quarum horribilem vim olim elaboratam esse oportet, si consideres, quantum earum ad nostram aetatem pervenerit, quum incredibilis earum multitudo tabulis aeneis expressa proffet, & tantundem forte, aut plus adeo, nondum publicatum sit, sed in thesauris beatorum hominum asservetur: ita in hoc Animae Mytho, quatenus illa cum papilione comparatur, luxuriasse videntur olim Gemmarii. Expeditum nobis erat festivam illarum copiam proponere, tum quae in libris gemmas antiquas exhibentibus, a Sponio inde & Leo. Augustino usque ad instructissimum illud & pulcherrimum Museum Florentinum sunt publicatae, tum quarum, Ill. Arckenholzio proxeneta, vidi ectypa apud Collinos fratres, magnariam Cassellis mercaturam honestissime exercentes. In iis ut variae admodum figurae spectantur non sine voluptate, varii velut actus, Cupidinis suam Psychen nunc cupide amplexantis, nunc habentis durius, nunc blande vicissim ab illa nunc asperius tractati: ita hoc perpetuum est, ut vel papilio merus sit symbolum Psyche, vel puella papilionis alis conspicua. *

Et forte hoc facturi eramus, si hunc libellum peculiarem edere, ut constitutum erat licuisset. Sed haec Acta non colle-

* Illud peculiare est, & nescio an alias observatum, quod legitur in inscriptione veteri (nescio quam certae fidei) prolata ab Ambrosio Morales *en el Discurso general de las Antiquedades* p. 31, b quae ita habet,


M. PORCIVS M.

HEREDIBVS. MANDO ECIAM. CINERE. ut. M

VOLITET. MEVS. EBRIVS. PAPILIO.
IPSA. OSSA. LEGANT. HEREDES.

SI. QVIS. TITVLVM. AD. MEI. NOMINIS. ASTITERIT. DICAT. ,,,,,
AVIDVS. IGNIS. QVOD. CORPORE.
RESOLU-
TO. SE. VERTIT. IN. FAVILLAM.

Vult ut ebrius suus volitet *papilio*, h. e. ut vino inferio, crebro & copiose affuso cineribus, *genius* suus etiam post mortem mero colatur.



lectionibus destinata cum sint, verum eorum, quae nondum satis cognita videbantur, velut ex Hade suo productioni, certe declarationi: illud consilium nisi lubens.


VI. Unum est, quod nimis cum Heraclitica & Hippocratica (ut mihi quidem videtur) doctrina conjunctum, plane omittere non possum. Est apud Montefalconium Antiq. expl. 3, 25 (ut hunc potissimum laudem, qui fere in bibliothecis hodie invenitur) typus gemmae Maffeianae, qui habet tetrachordon, superimposito papilione. Tetrachordon apertissimum Symbolum illius harmoniae, Tetractyos illius, de qua egimus § X, II. Audiamus Martianum Capellam lib. 9 p. 324 *Tetrachordum est quatuor sonorum in ordine positorum congruens fidaeque concordia.* Id. lib. 2 p. 43 med. & lib. 9 p. 317 med. *Tetrachordum est affectio quaedam sonorum quatuor, per ordinem compositorum, quorum extremi sibi debent convenire* (ut in ea, quam hodie octavam vocant Musici, C c &c.)

Deinde est aliud antiquitatis monumentum, quod non modo hic commemorari debet, sed ob magnam raritatem operis, in quo solo, quod memini, exstat, hic integrum meretur repraesentari. Nempe

In *Admirandis Romanarum Antiquitatum ac veteris sculpturae vestigiis* Tabulas 80 & 81, hic damus artifice scalpro, minori illas quidem forma, sed accurate tamen expressas: de quibus primo illud est observandum, argumentum earum inter se cohaerere & circuitum arcae sepulchralis implevisse haud dubie, quae cum oblonga esset, corrotundatis pro more angulis, uno illo tenore argumenti, ubi nusquam appareat vel initium vel finis, perpetuum illum fluxum, & orbem, & vicissitudinem rerum, pulchre simul exprimebat.

Repraesentantur autem in hoc circuitu I. Ortus hominis partim ex fabula Promethei, partim ex quatuor illis elementis Heracliticis, partim denique ex originibus Mosaicis:

II.




II. Vita sub imagine Promethei Caucaſo affixi ab Hercule liberandi: III. Mors cum conſequentia, ſymbolo conſueti tum Philoſophorum, tum Judaico Eliae, expreſſa. Nempe

I. Sedet (1) *Prometheus* Jovis habitu, caelum ſiniſtra manu tenens. Ante ipſum ſtat in ſua baſi ſtatua (2) hominis, membris & toris ita expreſſis, ut adultum intelligamus, licet puerili ſtatura, ſi comparetur ad *Prometheum*.

Ipſe ſiniſtro femori ſuo impoſitam, dextra ad cervicem & humeros applicata ſuſtinet ſtatuam alterius hominis, directis in eam oculis, quaſi exploraturus, ſi quid emendandum ſuperſit. Adſtare videtur (3) calathus luto ſ. argilla plenus. Ante ipſum ſtat *Minerva* (4) galeata, cujus ſquamatum thoracem, & *Medusae* capite inſignem pene totum, & reliquum corpus tegit ſtola duplex: quarum ſuperior etiam brachium dextrum involuit ad manum uſque, ſiniſtrum enim brachium exſerit, eaque papilionem alis prehenuſum imponit capiti ſtatae, quam tenet *Prometheus*, h. e. animat illam, & facit, ut ſit perfectus homo. Vid. *Lucia. Prometh. c. 3. it. Fulgent. Myth. 2, 9.* Acclinatur pedibus illius clipeus cum *Gorgone*, & adſtat noctua. Supra *Promethea* & paullo remotius eſt figura muliebris, in globo caeleſti, (quem ſignat *Zodiacus*, cippus autem quadratus ſuſtinet;) describens fata, & pone illam ſua cum colo & fuſo *Lachesis*, quae *μοῖραν* animae cuique ſuam adſignat, de qua vid. §. VII n. IV.

Altera pars continet ſymbola quatuor elementorum. Sedet *Terra* (6) mater cum cornu copiae, ad quod applicant ſe duo genii ſ. figurae pueriles. Ante illam (7) eſt officina *Vulcani*, in qua effingenda ita ſibi placuit artifex, ut ea maximam proportionem partem picturae impleat. Supra (8) curru invehitur *Neptunus*,



ptunus, remo duplici & pistrice adjuncta conspicuus: aurigatur illi, & trigas regit figura (9) muliebris alata, nisi est velum ab aura adversa retro actum. (Maluisssem hic invenire Aeolum: sed optare non licet) Loco inter equas & Tellurem medio eminet humana pars Tritonis, muricem longissimum instar tubae instantis. Illud non dubito, figurae Neptuno aurigantis, & Tritonis concham instantis, symbolis aëra signari.

Jam in ipso medio horum symbolorum quatuor, elementa eorumque qualitates signantium, loco conspicitur (10) Psyche, suavis puella alis papilionum instructa, velata a pectore ad pedes, amplexa Cupidinem nudum, cujus ventri manum imponit quem ad modum ipse brachium collo illius implicat, & os ore suo libat. Quis est, qui illas de quatuor elementorum & qualitatum temperatione sententias cum legerit, dubitare potest, hic indicari, conjunctionem animae cum amore corporeo, verbo generationem, peragi in medio quatuor elementorum i. e. quoties illa inter se temperata sint, ut coire in unionem queant.

Sequitur archaeologia Judaica & Christiana. Si enim jungas extremum dextrum Tabulae 80 cum sinistro Tab. 81, dubitare non poteris, quin ibi sint (11) Adamus, Eva, Arbor, Serpens, & interveniens Jovis habitu Jehova. Haec admistio rerum Judaicarum non debet mira videri his, qui norunt, quam mature Judaica sacra ab hominibus suscepta sint, qui iis, tamquam aliis mysteriis, initiari vellent; quibus homines vel superstitiosi, vel curiosi & variae doctrinae cupidi (ut Apuleius ille Madaurensis) ita inhiabant, uti terrarum orbem ea causa obire & peragrarè nihil dubitarent. Non capit hic locus longam digressionem: alioqui non difficile fuerit rem variis rationibus & exemplis firmare. Videri potest E. G. Christi. Gottlieb Schwarzii τὴ παρακρίσις Diss. de lapsu primorum humani generis parentum a Paganis adumbrato Altorf, 1730. Et habet hoc ipsum volumen disputationem
meam


meam de laude Dei per VII Vocales, in qua illius miscelae notabile exemplum habetur.

II. Jam vitae humanae imago est Caucaſo alligatus (12) Prometheus, cum vulture pectus tundente. Est ille velut expreſſus e Poëtica pictura Aefchyli v. 32 Ορδοſάδην, αὔπνος, ἐ κάμπτων γόνυ niſi quod imponit pedem figurae adjacenti (13) Telluris matris, ut hoc ipſum indicetur ſcilicet, talem eſſe vitam hominum, quam diu ſupra terram ſunt. Adſtat illi dexter (14) Hercules, nudus, reſoſitis tamen poſſe leonis exuviis cum clava, pharetratus modo & arcum cum ſagitta intentum gerens, quaſi effictus eſſet ex illa voce Promethei apud Aefchylum 877 Σποράς γε μὴν ἐκ τῆςδε φύσεται θράους πτόχοις κλεινός, ὅς πόνων ἐκ τῶν δ' ἐμέ λύσει. Nempe Virtus liberat hominem miſeriis huius vitae.

III. Ultimus vitae humanae actus hoc modo exprimitur. Jacet in pulvino (15) cadaver ſemiaperto adhuc ore, ut quod modo exſpiraverit. Adſtat (16) Amor alatus, faciem inverſam & exſtinctam frigido corpori applicans, & eo velut innitens. Ad ipſam faciem & corollam quam dextra manu tenet Cupido, applicitus eſt papilio, Animae index. Paulo altius eadem (17) Psyche ſtolata, alis papilionis inſtructa, a (18) Mercurio petafato, penulato, caduceum gerente, ψυχαγωγῶ, abducitur. Ad caput cadaveris ſedet mulier (19) pectore denudato volumen genibus impoſitum & ex parte apertum tenens, memoriam, ut videtur defuncti conſervatura Hiſtoria. Ad pedes vero ſtat figura (20) magna muliebris velata, luſtus Patriae & propinquorum, credo, indicans. Addita eſt figura (21) Eliae bigis in caelum vecti, cujus pallium jam jam erepturus videtur ventus adverſus. De Judaica archaeologia Graecorum myſteriis admixta modo dictum. Caeterum pertinet huc locus Porphyrii de Antro Nymph. 120 med. ψυχᾷς καὶ γενέσεως καὶ ἀπογενέσεως οἰκέτοι οἱ



τόποι. Hae sunt illae portae, quibus vel veniunt de caelo Animae vel eo redeunt, de quibus ibi pluscula.



Jam tradita erant ista typographis, diu jam sculpta tabella aenea; cum ecce moneor a familiari, & carissimo mihi homine, haberi hanc imaginem cum explicatione quadam etiam in Sandrartiana Deorum Iconologia post p. 197. Irascebar primum negligentiae meae, qui non diligentius ea de re quaesissem: deinde minus aegre coepi ferre, quum cogitarem, rarum hodie illud etiam opus esse, ut forte paucis eorum, qui nosse non nolint ψυχὰς nostras, pateat; & viderem, in alia abire interpretem ut primum, ita hunc quoque, qui V. G. Hesperidum hortos videat, ubi ego Archaeologian Mosaicam, itemque Lunae currum, ubi ego Eliae, Soli autem adscribat eum, cui Neptunus insidet. Minus ergo rarum, quam putabam, video a me spectaculum dari; sed idem spero aliquanto melius jam declaratum. Quin vitio laborat Sandrartiana repraesentatio maximo, quod imaginum argumentorumque ordinem pervertit chalcographi incuria, & quae dextra sunt in archetypo sinistra fecit, ut illa consequentia trium quasi actuum humanae vitae, quam declarat nostra explicatio, non appareat, totusque adeo Mythos consiliumque auctoris pervertatur. Neque enim quisquam in tali systemate figurarum initium argumenti a dextra ponit, sed, uti literis scribit Europa, a sinistris pergit ad dextra. Certe non temere in mentem veniat Europaeo homini ea progressio, quam ostendimus, qui Sandrartianam modo picturam inspexerit. Quare, quantum ad illam attinet, non modo non superflua fuit opera nostra; sed commendationis aliquid inde potest sperare, quod errorem illius emendavit.